

Viscum quercinum.	21. 23.
Vitellij Imp. numisma.	108.
Vitis Idea.	71. 88.
Vitis lignum.	30.
Vlmus.	66.
Vua dulce.	88.
Y	
Ycofe.	63.

FINIS.

Errata sic corriges.

Pag. 14. versu. 24. lege Bceotos. 36. ver. 1. Pelasgos. 43. ver. 6. adstringentis. 11. ver. 6. addendum erat margini, Balius montium Delphinatus, delendumque aut. 75. ver. 4. lucus. 85. ver. 7. congenitum 88. ver. 12. ea parte nascens, quam vocant &c. 88. ver. 18. Itali. ver. 21. Theophrastus. 89. in margine, abietes l'y. latina. 107. ver. 17. faciat. 109. ver. 13. coharedibus. Accentus autem in nonnullis dictionibus Græcis perperam sitos aut transpositos æquus Lector discernens ignosceat.

❧ Audomari Talæi Academia.

Eiusdem in Academicum Ciceronis fragmentum explicatio.

ROD CAROLVM LOTHARINGVM,
Cardinalem Guisianum.

Unest expurgabit

J. Goum. dom. de Capuchino
CVM PRIVILEGIO.

LVTETIÆ.

*Apud Ioannē Roigny, via ad D. Iacobū,
sub basilisco & quatuor elementis.*

1547.



Audomari Talæi Aca- DEMIA,

AD CAROLVM LOTHARINGVM
Cardinalem Guisianum.

His satis scio, Cardina-
lis illustrissime, Petru
Ramm fratrem meū
Aristotelicæ oppressio-
nis inuidia per te libe-
ratum maiores tibi, &
vberiores gratias agere, cōmunis tamen cum
illo beneficij non communem letitiam exi-
stimare non potui, cum perpetuò vnus vtri-
que nostrum, idémque victus, & cultus fue-
rit. Vt autem tantopere tuis istis erga nos me-
ritis letemur, vitæ nostræ cōmunis institutio
efficit: nam cōmune vtriusque nostrum stu-
dium, & institutum fuit, vt veterem in eru-
a. ii.

dienda inuuentute disciplinã iam pridem ob-
 soletam renouaremus, vt coniunctis eloquẽ-
 tia, & sapientiã studijs inuuentus disceret de
 rebus propositis non solum subtiliter, & acu-
 tẽ sentire, sed grauitè, & ornatè dicere, &
 artium subtilitatem eatenus probare, quo ad
 vsus popularis, & humanã prudentiã ratio
 postularèt. Itaque cum duplex error in scho-
 las iam pridem inuasisset, nõ solum quòd phi-
 losophi, qui tum erant, eloquentiam ita fuge-
 rant, quasi rem à philosophia prorsus abhor-
 rentem: sed etiã quòd totam philosophiam,
 & imprimis dialecticam vanis, & inutili-
 bus scholasticarum altercationum argutijs
 planè sophisticam effecerãt: Petrus Ramus
 magno Reipub. studio certamen sibi quidẽ,
 vt ipse prasagiebat, periculosum, & graue,
 sed tamẽ publicis studijs salutare contra hæc
 vitia suscepit: quos conatus, licet honestissi-
 mos quàm inhonesta fraus, quàmque fœda
 calumnia consecuta sit, cum tu ipse indignis-
 simè tuleris, tandẽmq; pro tua singulari vir-

tute vindicaueris, quid necesse est hoc tempo-
 re recensere? præsertim cum hi qui se huic
 causse tam acres aduersarios præbuerunt,
 satis intelligant, quàm malis artibus poten-
 tiam suam ostentarint, vel potius ne osten-
 tarint quidem: nõ enim magna potẽtia fuit,
 cum principis auctoritatem improbis crimi-
 nibus induxissent, Petro Ramo os occlude-
 re, manus ligare, sapientiã studia prohibere,
 omnibus probis insultare: sed multò maior,
 & verior potentia fuisset, multos, pro vno,
 Ramos ad docendum, scribendum, omnes
 philosophiã partes illustrandum præmio, &
 laude excitare: quibus tamen stimulis non
 fracti, aut retardati, sed vehementius ad om-
 nes partes consilij nostri persequendas inci-
 tati sumus. Quid autem frater meus effece-
 rit, magno industriã suã, & amplo testimo-
 nio tibi declarauit: ego vero pro mea parte
 curauì, vt istam quoque rationem adiuna-
 rem: nam vt homines pertinaces, & certis
 opinionibus in philosophia mancipati, addi-

Et que indigna seruitute liberarentur, intelligerentque verū philosophandi genus iudicio, & aestimatione rerum liberum, opinione, & affectione constrictum non esse, libellum quēdam Academia nomine ex aliquot Ciceronis locis descripsi, & Academicum Ciceronis fragmentum de quatuor Academicis libris reliquū alio separatim libello explicavi. Accipies igitur, Cardinalis illustrissime, geminum laborem & Academia, & Academici fragmenti tibi dedicatum, laborem, inquā, testem dediti animi, incensique non solum tua singulari in fratrem meū Petrum Ramum benevolentia, sed etiam obseruantia tuis maximis, & nobilissimis virtutibus debita.

In explicatione igitur questionis Academicæ primū rē ipsam definiā, deinde partes constituā, postremo quid inter Academicos, & reliquos Philosophos intersit, ostēdā.

Academia

Academia, ut ait Suidas, gymnasium erat Athenis suburbanum, & nemorosum,

vbi Plato morabatur, & docebat, ab Ecademo quodam heroe nominatum. primū autem per, E, Ecademia dicebatur: Aristophanes in nubibus.

Sed in Ecademiam descendens sub oleis curres arundine coronatus alba, cum modesto aequali tuo Milacem redolens, & apragmosynen, & populum alba dimittentem folia.

Gaudens ueris tempore cum Platanus ulmus susurrat.

Tria erant Athenis gymnasia Academia, Lycaū, Cynosarges: vocata autē Academia ab Academo qui eam condidit: & neutro genere Academicum: dicitur etiam Academia amicorum cætus, & consuetudo.

Hesichius.

Academia, balneum aut ciuitas: dicitur etiam gymnasium Athenis ab Academo authore, & locus Ceramicus eodem nomine: Hinc Platonis amuli, sectatoresque Academici nominati: Cicero, Qui autem (ait) Platonis instituto in Academia quod est alterum gymnasium, cætus erant & sermones habere soliti, ex loci vocabulo no-

men habuerūt. Atque hac descriptio Academiae notatioque sit: Academicorum species quae sint, deinceps videamus.

Academia
rum duo
genera.

Eorum igitur philosophorum qui Platonis instituto in Academia permanserunt, alij veteres dicuntur, alij noui.

Veteres
Academici.

Veteres à Platone numerantur vsque ad Archesilam, Speusippus, Xenocrates, Polemo, Crates, Crantor, qui in Academia Platonis decreta quadam sua tradebant, ommissa pene vetere disserendi, philosophandi; modestia, sic enim de Academicis & Peripateticis

Acad. I.

„ Cicero cōfirmat. Sed vtrique Platonis vber-
„ tate completi certam quandam formulā di-
„ scipulī composuerunt, & eam quidem ple-
„ nam ac refertam: illam autem Socraticam
„ dubitationem de omnibus rebus, & nulla
„ adhibita affirmatione consuetudinem disse-
„ rendi reliquerūt: ita facta est disserēdi (quod
„ minime Socrates probabat) ars quaedā philo-
„ sophiae, & rerum ordo, & descriptio disci-
„ plinae. In illis igitur Academicis veteribus

Academica disserendi consuetudo videtur eneruata, fractaque iam fuisse, qui non cum Socrate, & Platone philosophiam in ratione, & veritate constitutam, sed multo magis in sua opinione, atque autoritate quasi praeclare fundatam reliquerunt, & tanquam in ciuitate leges, & decreta sanxerunt, quibus necessario credendum, parendumque esset.

Noui autem Academici à Crantore vsque ad Ciceronem nominantur hoc ordine, ^{Noui Academiae} Archesylas, Lacydes, Euander, Egesinus, Carneades, Clitomachus, Philo, Cicero: sic enim Lucullus apud Ciceronem de Archesila, Cuius primo (ait) non admodum probata ratio (quāquam floruit tum acumine ingenij, tum admirabili quodam lepore dicendi) proximē à Lacyde solo retenta est, post autem conficta à Carneade, qui est quartus ab Archesila: audiuit enim Egesinū qui Euander audierat Lacydis discipulum, cū Archesila Lacydes fuisse: sed ipse Carneades

„ diu tenuit: nam nonaginta vixit annos: &
 „ qui illum audierant, admodum floruerunt:
 „ è quibus industria plurimum in Clitoma-
 „ cho fuit: declarat multitudinem librorum ingenij
 „ nõ minus in hoc, quàm in Carneade eloquẽ-
 „ tia, in Melonthio Rhodio suauitatis. Bene
 „ autem nosse Carneadem Stratonicus puta-
 „ batur: iam Clitomacho Philo nosfer operam
 „ multos annos dedit: Philone autẽ viuo pa-
 „ trocinium Academiae non defuit. Horum
 „ nouorum Academicorũ institutum erat de
 „ rebus obscuris vtrinq̃ disputare, philoso-
 „ phorum placita, non deorum oracula puta-
 „ re, nullam scholam perpetuõ sequi, & tamẽ
 „ in omnibus scholis, quod verũ aut verisimile
 „ videretur, libere sequi: Defendat quidẽ (ait
 „ Cicero) quod quisque sentiat, sunt enim li-
 „ bera hominum iudicia, nos institutum tene-
 „ bimus, nullisquẽ vllius disciplinae legibus a-
 „ stricti quibus in philosophia necessario pa-
 „ reamus, quid sit in quaque re maximẽ pro-
 „ babile, semper requiremus: Idem. Gerã (ait)

Lib. 2. de
 finibus.

Tusc. 2.

tibi morem, & ea quae vis, vt potero, expli-
 cabo, nec tamen quasi Pythius Apollo certa
 vt sint, & fixa, quae dixerõ, sed vt homuncu-
 lus vnus è multis probabilia coniectura se-
 quens: vltra enim quò progrediar quàm vt
 verisimilia videam, non habeo: certa dicent
 hi qui & percipi posse dicunt, & se sapien-
 tes profitentur.

Hac est Academia noua adumbrata Nõui Aca-
 demici ue-
 teres.
 quaedam descriptio, quae tamen non noua,
 sed vetus videtur potius appellãda, cum isto
 modo Democritus, Anaxagoras, Empedo-
 cles, Socrates, Plato disputarint, & eorum
 consuetudinem qui noui dicuntur, postea re-
 uocarint. Cicero, Cũ Zenone Archefilas Lib. 1.
Acade.
 bi omne certamen instituit, non pertinacia,
 „ aut studio vincendi, sed earum rerum obscu-
 „ ritate, quae ad confessionẽ ignorationis addu-
 „ xerunt Socratem, & veluti amantes Socra-
 „ tem, Democritum, Anaxagoram, Empe-
 „ doclem, omnes penè veteres, qui nihil cogno-
 „ sci, nihil percipi, nihil sciri posse dixerũt, an-

» gustos sensus, imbecillos animos, brevia cur-
 » rricula vita, & vt Democritus, in profundo
 » veritatem esse demersam, opinionibus, & in-
 » stitutis omnia teneri, nihil teneri, nihil verita-
 » ti relinqui, deinceps omnia tenebris circumsu-
 » sa esse dixerūt: itaque Archefilas negabat ef-
 » se quicquā, quod sciri posset, ne illud quidem
 » ipsum, quod Socrates sibi reliquisset: sic om-
 » nia latere cēsebat in occulto, neque esse quic-
 » quam, quod cerni, aut intelligi posset, quibus
 » de causis nihil oportere neque profiteri, ne-
 » que affirmare quenquam, neque assertione
 » approbare, cohibere que semper, & ab omni
 » lapsu continere temeritatem, quae tum insi-
 » gnis esset, cum aut falsa, aut incognita res
 » approbaretur, neque hoc quicquam esset tur-
 » pius, quā cognitioni, & perceptioni asser-
 » tionem approbationēque praecurrere: huc,
 » rationi quod erat consentaneum, faciebat, vt
 » contra omnium sententias dies iam plerōsque
 » deduceret, vt cum in eadem re paria contra-
 » rii in partibus momenta rationum inue-

nirentur, facilius ab utraque parte assertio
 » sustineretur. Hanc Academiam nouam ap-
 » pellant, quae mihi videtur vetus: siquidē Pla-
 » tonem ex illa vetere Academia numera-
 » mus, in cuius libris nihil affirmatur, & in
 » utranque partem multa differuntur, de om-
 » nibus queritur, nihil certi dicitur: sed tamen
 » illa, quam exposui, vetus, haec noua nomine-
 » tur, quae vsque ad Carneadē perducta, qui
 » quartus ab Archefila fuit, in eadem Arche-
 » silae ratione permāsit. Idem, Haec in philoso-
 » phia ratio contra omnia differendi, nullam-
 » que rem apertē indicandi praefecta à Socra-
 » te, repetita ab Archefila, cōfirmata à Carne-
 » de ad nostram vsque viguit etatem. Haec
 » vnica fuit antiquorum & primorum philo-
 » sophorum sapientia, quod infirmitatis & im-
 » becillitatis suae cōscij hoc vnū arbitrati sunt
 » se scire, quod nihil scirent: nam cum sapien-
 » tia sit rerū diuinarū, & humanarū causa-
 » rumq; , quibus haec cōtinentur, cognitio, quae
 » nam tum sapientia potuit esse nondum inue-

Lib. I. de
 nat. deo.

veteres
 cur se ni-
 hil scire di-
 cebant.

Socrates
Contra
sophistas.

stigmatum rerum causis, nondum inuentis, & descriptis artium disciplinis: neque tamen illos latuit solem esse luminosum, aut ignem calidum, aut aurum fulvum, sed causas earum rerum sicut reliquarum, quae in philosophia disputabatur, hominibus ignotas esse dicebant, quarum inspectione, perfecta cognitione sapientia constaret: in quam confessionem ignorantiae Socrates adductus impudentissimos sui temporis sophistas exagitare solitus est, qui arrogantissimis verbis sapientiam, cuius erant penitus ignari privatim publiceque polliceri auderent, neque tamen rerum obscuritas vehemens eius in philosophia studium retardavit. Cicero. Neque
 In Lucul. lo. " tamen Socrates, atque veteres illi ab inuentione earum rerum quae latebant, deterriti sunt,
 " aut alios deterruerunt. Idem. Et si enim cognitionis multae est obstructa difficultas, ea
 In Lucul. lo. " quidem est & in ipsis rebus obscuritas, & in iudiciis nostris infirmitas, ut non sine causa antiquissimi, & doctissimi se quod cuperent,

inuenire diffisi sint, tamen nec illi defecerunt, neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus. Postea cum essent in Graecia multa ac varia altercantium inter se philosophorum schola, turbulentaque opinionum seditiones, quemadmodum antea modestissimus Socrates cum arrogantissimis sophistis, sic Socraticus Archefilas cum Peripateticis, Stoicis, Epicureis, quorum contentiones inanis stultitiae plenissimas videbat, sibi omne certamen instituit, pristinumque philosophandi morem, qui longe sanctissimus & optimus erat, & ad eruendam rerum obscurarum veritatem accommodatissimus, restituit, ut ex Cicerone constat. Sed tamen & illum (ait) quem non
 " minavi, & ceteros sophistas ut ex Platone intelligi potest, iustos videmus a Socrate: Is enim percontando, atque interrogando elicere
 " solebat eorum opiniones, quibuscum disseribat, ut ad ea quae ipsi respondissent, siquid videretur, diceret. qui mos cum a posterioribus

Socraticus
Archefilas
contra
philosophorum
sectas.

Lib. 2. de
finib.

„ nō esset retentus, *Archeſilas cum reuocauit,*
 „ instituitque, vt hi qui audire vellent, nō de se
 „ quærerent, sed ipsi dicerent, quid sentirent:
 „ quod cum illi dixissent, ille contra: sed qui
 „ audiebant, quoad poterant, defendebant suā
 „ sententiam: apud ceteros autem philosophos
 „ qui quæsiuit aliquid, tacet. *Archeſilas autē*
 „ à reliquis philosophis, qui se scire multa profi-
 „ tebātur, valde dissentiens, duas res imprimis
 „ à vera philosophia remouēdas esse censebat,
 „ καὶ ἀληθείᾳ, id est comprehensionē, & συγκα-
 „ τήσεω, id est assensionem, & approbationē:
 „ quanuis enim multa vera essent, quæ sensi-
 „ bus, aut animo continerentur, ea tamen à phi-
 „ losophis comprehendendi negabat, id est certa,
 „ & penitus exploratis causis perspecta, &
 „ nunquā fallente veritate cognosci: Itaque in
 „ motionibus sensuū, & animorum opinionē
 „ tantum relinquebat, scientiam tollebat, nec
 „ eam tam multis seculis vlla omnino in re à
 „ quoquam homine aut inuentam, aut perce-
 „ ptam esse arbitratur: cumque philosophia

Archeſile
 institutū
 in philoso-
 phia.

tres in partes esset diuisa, physicam, moralē,
 dialecticā: ostendebat primū rationes de na-
 tura, & rebus occultis ex coniectura tantū,
 & ea quidē leuissima pēdere, quæ *Thaletis,*
Anaximandri, Anaximenis, Anaxagoræ,
Parmenidis, Democriti, Empedoclis, He-
racliti, Melisi, Platonis, Aristotelis, aliorū-
 „ que physicorū disputationibus huc & illuc
 „ distrahūtur: deinde bonorū, & malorū notio-
 „ nē esse cōfusam, & perturbatā: Quæ tā va-
 „ riē ab Academicis, Epicureis, Stoicis, Ma-
 „ garicis, Eretriacis, Herillis disceptatur, vt
 „ satis cōstet illud quod incertū est, nec euidēti
 „ veritate patefactū, à philosophis temerē, &
 „ impudenter affirmari. Postremō, ne in diale-
 „ cticis quidem vllum vestigiū vere, & con-
 „ stantis scientiæ reperiebat, cū de iudicio ipso
 „ veritatis inter *Prothagorā, Platonē, Epicu-*
 „ rū, reliquos dialecticos, magna esset orta cōtē-
 „ tio. Cū igitur in omni parte philosophiæ om-
 „ nia opinionibus & institutis tenerētur, nec in
 „ scholis philosophorū quicquā certa sciētia, &

veritate teneretur, hinc Archefila illa ἐροχί, id est a sensu retentio, nata est, in qua sapienter permansit Archefilas, qui nihil in tam multis, & varijs philosophorum decretis certum ratum firmū, comprehensum vidit, quod sine vlla dubitatione posset affirmare. Quamobrem quātum certamen veris, & modestis philosophis contra fallaces, & impudētes sophistas perpetuū fuerit, hinc apparet: Democritus, Anaxagoras, Empedocles, modestiam illam philosophandi, & nihil temerē decernendi prudentiam tenuerunt: Gorgias, Prothagoras, ceteraque sophistarum turba illius sapiētiae vanum nomen, quam veram laudem maluerunt: & quantum vanitas efficere potuit, labefactarunt: His se Socrates summo studio opposuit, ab eorumque impudentia veterem philosophandi morem vindicauit: cuius omnis philosophia veritatis inquisitio fuit, nō affirmatio: talesque sunt eius omnes interrogationes apud Platonem, & Xenophōtem partim ad

refellendum arrogantiam sophistarum, partim ad discendum quod ipse nesciebat, composita. Socratis consuetudinem Plato non solum tenuit, & probauit, sed mirifice auxit, atque amplificauit: post quē rursus in scholasticis altercationibus periclitari cepit, cum sibi quisque sua scita, & edicta promulgaret, quae sequerentur hi, qui se in eā schola seruitutem nulla legitima causa, aut rationis persuasione adhibita dedissent: hinc Peripatetici à Stoicis, & Stoici ab Epicureis, & Epicurei ab vtrisque de Deo, de natura, de summo hominis bono, de studijs artium, id est de omni sapientiae regno dissensiones extiterūt: in quibus sua quisque vt verissima, certissimaque defendit: cū tamen in tam varia contradictione satis constet plus vno, aut potius nihil omnino verum esse. contra hos igitur homines Archefilas, ceterique viriliter, & fortiter Socratis exemplo, & virtute sese armarunt, vt nos ab eorum latruncolorum seruitute liberarent, & in natura, quam veteres

illi summo p̄ere probauerant, libertatem praestantiamque restituerent. Est enim vera philosophia proprium homines ab opinione ad veritatem, à sensibus ad mentem, à singulis rebus ad vniuersitatem, à caducis, & mortalibus ad constantiam, & aeternitatem convertere: contra verò Sophista illi ad sensus, & opiniones nos tanquam pecudes alligat. *credulitas in philosophia.* At discipulum (inquires) credulum esse oportet: liberalem, modestum, beneuolum, attentum, diligentem, docilem, intelligentem esse oportet: credulum in philosophia non oportet: tu enim mihi praceptor ignarus, imperitus, rudis, infans, flagitiosus etiam, & sceleratus sis, an tibi in tuis erroribus & flagitijs credulum discipulum putas esse oportere? tu discipulo tuo opiniones mendaces plerunque & falsas pro catholicis, & indubitatis proponas, & vetes ne causam, aut rationem ullam eorum requirat, sed tuam auctoritatem pro omni veritate habeat? sic enim discipulum tanquam seruum moroso domino addi

Etum, iudicio arbitrioque carentem suo instituis, & stultissimam discipuli personam in philosophiam inducis: nec verò artes, & disciplina ob id traduntur puero, vt ab eo credantur, sed vt causis omnibus diligentissime, & accuratissime perspectis, ingenium eius & iudicium confirmetur. Atque vt animaduertatur diligentius, & attendatur quod dicturus sum (magnum enim, & graue est, & minime fortasse in hac disputatione speratum) dico, & confirmo, quod nō facerem in re leui, criminēque temeritatis pertimescerem. dico, inquam, & confirmo, credulitatē istam in philosophia principium, & fontem infiniti erroris exiisse. Epicurus hoc sibi fundamētum ad stultissimam sedisimamque sententiam de deorum noncurantia, de anima interitu, de voluptate confirmandā assumpsit, vt sibi nullam rationem reddenti à discipulis crederetur: atque omnino ne qua iudicandi potestas esset, non modo Academicam, verum etiam dialecticam omnem
b. iii.

Epicurei
creduli.

„ differendi rationem de medio sustulit: *Epi-*
curus (ait Cicero) totam dialecticā contem-
 nit, & irridet: & eodē libro, Iam in altera
 „ philosophiæ parte, quæ est querendi, ac disse-
 „ rendi, quæ λογικὴ dicitur, iste vester planè,
 „ vt mihi quidem videtur, inermis, & nudus
 „ est: tollit definitiones, nihil de diuidendo, ac
 „ partiendo docet: non quomodo efficiatur, cō-
 „ cludaturque ratio, tradit: non qua via ca-
 „ ptiosa soluantur, ambigua distinguantur, o-
 „ stendit: iudicia rerum in sensibus ponit, qui-
 „ bus si semel aliquid falsi pro vero pro-
 „ batum sit, sublatum esse omne iudicium
 „ veri, & falsi putat. Hoc sibi erroris princi-
 „ pium Aristoteles commune cum Epicuro po-
 „ suit: qui cum Platonis præceptoris sui verissi-
 „ ma, & sanctissima dicentis sententijs non
 „ credidisset, credulitatem tamen istam à suis
 „ discipulis tribui sibi postulauit: & iniquum
 „ esse iudicauit, vt contra sua principia, cū ta-
 „ men omnium antiquorū philosophorū prin-
 „ cipia calumniatus esset, disputaretur: videli-

Lib. I. de
 finib.

Aristoteli
 corū cre-
 dulitas.

cet vt non modo nulla ratione, sed contra o-
 mnem rationem, & veritatem discipuli eius
 crederent, quæ ab eo falso, & impie tradita
 sunt. Plato docuerat mundum à Deo cōdi-
 tum, quæ præcipua est Dei optimi maximi
 gloria: at creduli Aristotelei id falsum pu-
 tant: Aristotelis enim principium cōtrarium
 est: Plato prouidētia Dei omnipotentis mun-
 dū regi, & gubernari dixit: at creduli Ari-
 stotelei derident, quoniam Aristotelis de fa-
 to (vt Cicero testis est) sententia repugnat.
 Plato putauit animam immortalem esse,
 idque multis rationibus, & argumentis con-
 firmavit: at idiotam Platonem creduli Ari-
 stotelei existimant, quoniam (quod etiā eius
 subtiles interpretes confirmāt) Aristoteli im-
 mortalitas animæ displicuit. Plato hominis
 felicitatē à Deo accipi, & ad Deum refer-
 ri docuit: at creduli Aristotelei, quoniā Ari-
 stoteles Platonis illam sententiam captiosè,
 & impie calumniatus est, & principium, &
 finem felicitatis humanæ Deo detrahēt, ho-
 b. iiii.

minique non minus arroganter, quàm insipienter attribuent. Nihil necesse est infinitos humanarum opinionum errores commemorare, quae non alio quàm huius stultae creditatis principio innituntur. Quid ergo? nullane in re fides sine certa ratione, argumentoque perspicuo laudanda erit? Imò verò diuinis in rebus plus certa firmaque fides poterit haberi, quàm omnes omnium philosophorum disputationes: haec autem de humana philosophia contentio nostra est, in qua prius est cognoscendum, ut credas: in diuinis autem, quae humana intelligentia superiora sunt, fidendum credendumque est, ut postea cognoscas. Sed satis multa de duobus Academicorum generibus: de eorum etiam institutis nimis fortasse multa. Venio ad genus orationis, quo in suis disputationibus vsi sunt. Vtriusque igitur Academiae duas fuisse communes disputationis vias, & rationes, libri Platonis, & Ciceronis testantur: vnā, quae res dubiae, & controuersae utrinque discepta-

retur: alteram qua probabiles disputationes praecipis, & institutionibus perpetuis explicarentur: priorē dialogi Platonis de moribus, & Ciceronis de finibus: Posteriorē Timaeus ille Platonis, & tres Ciceronis libri de Officijs declarā, & Quintilianus: Sūt alij ^{cap. 16.} ^{lib. 2.} (inquit) Socratis sermones ad coarguendos, qui cōtra disputāt, cōpositi, quos ἐλεγκτικοὺς vocant, alij ad praecipiedum, qui διορθωτικοὶ appellantur. Ac si quis imaginē prudentiae factis hominum expressam contempletur, illam priorem contradictionis consuetudinem animaduertet in priuatis & publicis negotijs versari. Nam si cui difficilis, & grauis proponitur deliberatio, nō prius statuet de re ipsa, quàm contraria inter se personarū, negotiorum, locorum, temporum momenta contulerit: nec sapientes iudices prius sententiā de reo ferent, quàm causam ab oratoribus vtriusque partis concertatam, disputatamque audierint, ut ex pugnantium argumentorum comparatione verum, aut ex omni-

bus maxime verisimile quantum licet humana prudentia, possint elicere. Quare nulla causa est, cur mirentur homines Cicero-
nem in examine veritatis pro Epicureis, & aduersus Epicureos: pro Stoicis, & contra Stoicos: pro Peripaticis, & contra Peripaticos contrarias orationes instituisse. Etenim cum discrepantium illorum philosophorum sententiae satis argumento essent, omnes stultitia, & temeritate lapsos fuisse, quod res non satis exploratas affirmare auderent, sapienter ille à rebus cōtrouersis assensionem, iudiciūque cohibuit: Quid enim (vt ait) temeritate turpius? aut quid tam temerarium, tamque indignum grauitate sapiētis, atque constantia, quàm aut falsum sentire, aut quod non satis explorate perceptum sit, aut cognitum, sine vlla dubitatione defendere? Hoc antiquissimū, & pene cum philosophia natū Academiae institutū, cū per vniuersum terrarū orbē diuulgatū, receptūque sit, tum imprimis Lutetiae in scholis Theologorum m,

lib. de
nat. deor.

Medicorū, Iureconsultorū, Philosophorum à multis annis probatum, celebratumque est, quod maximum momentum habet, vt veritas, aut saltem probabilitas aliqua his cōtrarijs disputationibus in omni re proposita cognosci possit. Cicero, Neque nostrae disputationes quanquam aliud agunt, nisi vt in vtranque partem dicendo, & audiendo eliciant, & tanquā exprimant aliquid, quod aut sit verū, aut ad id quàm proxime accedat. Idem, Contra autē omnia disputatur à nostris, quod hoc ipsum probabile elucere non possit, nisi ex vtraque parte causarum facta esset contentio. quod in studiorum suorum mētione Horatius nobis obiter indicauit,

In Lucul

lo.

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

Adiecere bona paulo plus artis Athenae.

scilicet ut possem curuo dignoscere rectum:

Atque inter filias academi quærerè uerum.

lib. 2.

Epist.

Ideoque quod vera solidaque laudis argumentum est, gymnasia tot locis, tot regionibus instituta, non Lycaea Peripateticorum, non porticus Stoicorum, non horti Epicureo-

rum, sed nomine ipso consentiente cum Academia veritate Academia nominantur.

Primus itaque differendi modus in contrarias partes hic fuit. Secundus autem ab Academicis in philosophando adhibitus est, quò præceptis ea includerent, quibus erant assensi: neque tamen suam sententiam tanquam ab aliquo deo, sed tanquam ab homine profectam videri velent, retinerentque perpetuò libertatem illam mentibus nostris insitam de omnibus rebus ad suum, non alienum arbitrium iudicandi, nec tanquam de coloribus per alienos oculos, sed per proprios, & suos aestimandi. Itaque Cicero cum rem aliquam in philosophia perpetua oratione docet, liberè dicit quæ sentit, & parem iudicandi potestatem cæteris relinquit, sumit ab vnoquoque quod verum aut verisimile putat. Sequemur igitur (ait) hoc quidem tempore, & in hac quaestione Stoicos, non ut interpres: sed, ut solemus, è fontibus eorum iu-

Secundus
Academica
disputa-
tionis
modus.

l. i. de
Offic.

dicio, arbitrioque nostro quantum, quòque modo videbitur, hauriemus. & alio loco: Occurritur autem nobis, & quidem à doctis & eruditis, quærentibus satisne constanter facere videamur, qui cum nihil percipi posse dicamus, tamen & de alijs rebus differere solemus, & hoc ipso tempore præcepta officij persequamur. Quibus vellem cognita esset satis nostra sententia: non enim sumus ij, quorum vagetur animus errore, nec habeat unquam quid sequatur: Quæ enim esset ista mens, vel quæ vita potius, non modo disputandi, sed etiam viuendi ratione sublata? nos autem, ut cæteri alia certa, alia incerta esse dicunt, sic ab ijs dissentientes alia probabilia, alia contra non probabilia esse dicimus. Quid est ergo, quod me impediatur ea quæ mihi probabilia videntur, sequi: quæ contra, improbare, atque affirmandi arrogantiam vitantem fugere temeritatem, quæ à sapientia dissidet plurimum? Idem dictum est omnino de hac re alio loco dili-

Lib. 2.
Offic.

Lib. I. de nat. deor. *genitus, sed quia nimis indociles quidam, tardique sunt, admonendi videntur saepius: non enim sumus ij, quibus nihil verum esse videatur, sed hi qui omnibus veris falsa quaedam adiuncta esse dicamus, tanta similitudine, vt in ijs nulla insit iudicandi, & assentiendi nota. Ex quo existit & illud, certa esse probabilia multa, quae quaquam non perciperetur, tamen quia visum quendam habent insignem, & illustrem, his sapientis vitaregeretur. Atque haec de Academicis differendi generibus. Nunc itaque Academi-*

differetia eorum differetiam à reliquis philosophis intelligere plane possumus: Academici enim alii tantum distant à reliquis philosophis, quantum liberi à seruis, sapientes à temerarijs, constantes à pertinacibus. Cicero, Neque inter

nos, & eos qui se scire arbitrantur, quicquid interest, nisi quod illi non dubitant, quin ea vera sint, quae defendunt: nos probabilia multa habemus, quae sequi facile, affirmare vix possumus. hoc etiam liberiores, & solutiores

sumus, quod integra est nobis iudicandi potestas, neque vt omnia, quae praescripta, & quasi imperata sint, defendamus, necessitate vlla cogimur. Nam ceteri primum antè tenentur astricti, quam quid esset optimum, iudicare potuerint: deinde infirmissimo tempore etatis aut obsequenti amico cuidam, aut vna alicuius, quem primum audierint, oratione, capti de rebus incognitis iudicant, & ad quamcumque sunt disciplinam quasi tempestate delati, ad eam tanquam ad saxum adherescunt: Nam quod dicunt omnino se credere ei, quem iudicent fuisse sapientem, probarem, si id ipsum rudes, & indocti iudicare potuissent: statuere enim quis sit sapiens, vel maxime videtur esse sapiens: Sed vt potuerunt, omnibus rebus auditis, cognitis etiam reliquorum sententijs iudicauerunt, aut re semel audita ad vnius se autoritatem conrulerunt. Itaque si forte in delictos Epicureorum greges de deorum otio inter pocula philosophantes incideris, audies Epi

curum vnicum autorem esse deūque, & beata, & fortunata vita: Platonē autē & Aristotelem, reliquosque philosophos præ hoc vno stultos & deliros: si in Peripateticorum deambulationem veneris, magnas hominum admirationes audies, Magnus ille vir Aristoteles, & quem natura nihil celauit: si Stoicos de Zenone interrogaueris, nihil hoc vno in vita constantius, nihil in philosophia admirabilius, aut diuinius fuisse respondebunt: denique quam quisque sibi philosophia sectam delegit, quantum ea sit plerūque impia, aut à veritate aliena: tamen ita mente, & animo ad hanc adherescit, vt eum nec ratio ab errore, nec libertatis amor à seruitutis turpitudine, nec constantia veritatis ab obstinatione, pertinaciāq; reuocare possit. Quæ cum ita sint, cumque Academia sit magistra pudoris, vindex libertatis, indagatrix sapientia, robor ac firmamentum humani iudicij, occurreret tamen nobis, Cur tam multi Epicurei, Peripatetici, Stoici:

Academici autem tam pauci fuerint? ^{Cur tam pauci Academici, cū ceterarū sectarum tam multi sint,} Duas intelligo fuisse huius erroris causas, imbecillitatem, & amorē. Per multi enim desperatione debilitati id experiri noluerunt, quod se consequi posse diffiderēt, aut pro suo quisque ingenio affectum animi ad amorem disciplinarum transtulit. Cur enim tam multi Epicurei? quia voluptates blandissima domina sunt, quæ facile suis illecebris non tantum homines aliquot, sed vrbes, & nationes maximas alliciunt. Cur tã multi Peripatetici? quia facillimū est, vel imperitissimis in schola totos dies muliebriter altercari, & populare illam sententiam de sine bonorum, quod opes, quod honores, quod bona valetudo, quod pulchra coniux, quod perpetua sine vlla offensione prosperitas beatum faciant, amplexari. Cur tam multi Stoici? quia multi agrestes, & inhumani, quibus nulla misericordia, nulla humanitate flecti, aut moueri, rigide atque austerè loqui, pulchrum gratumque est. Quibus omnibus Epicureis, Peri-

pateticis, Stoicis cum sententia semel aliqua
 in animo insedit, nefas putant eam deponere.
 In LUCH- re: vt Cicero scribit, Sed nescio quomodo ple-
 lo. „ rique errare malūt, eamque sententiā quam
 „ semel adamarunt pugnacissimè defendere,
 „ quàm quid constantissimè dicatur, exqui-
 rere. Cur tam pauci igitur Academici? quia
 pauci firmo cōstantique iudicio sunt, & ple-
 rique discendi, cognoscendique laborem su-
 giunt. Itaque Cicero Academicorum pau-
 citatem, solitudinēque Academiae sic ex-
 lib. 1. de nat. deo. cusat, Quam (ait) nunc propemodū orbā ef-
 „ se in ipsa Graecia intelligo, quod nou Acade-
 „ miae vitio, sed tarditate hominū arbitror cōti-
 „ gisse: nā si singulas disciplinas percipere ma-
 „ gnum est, quanto maius omnes? quod facere
 „ his est necesse, quibus propositū est veri repe-
 „ riendi causa, & contra omnes philosophos,
 „ & pro omnibus dicere. Plerunque autē cæ-
 „ cus ille amor ex aliqua autoritatis opinione
 efficitur, quod vehementer est in hac libera
 philosophandi veritate reprehendendū. Ci-

cero, Qui autem requirunt quid quaque de
 re ipsi sentiamus, curiosus id faciunt, quàm
 necesse est: non enim tam autores in disputa-
 tando, quàm rationis momenta querenda
 sunt: Quinetiam obest his plerunque, qui di-
 scere volunt, autoritas eorum qui se docere
 profitentur: desinunt enim suum iudiciū ad-
 hibere, id habent ratum, quod ab eo quem
 probant, iudicatum vident: nec verò proba-
 re soleo, quod de Pythagoreis accepimus,
 quos ferunt si quid affirmarent in disputan-
 do, cum ex his quæreretur quare ita esset, re-
 spondere solitos, & ipse ipse dixit, ipse au-
 tem erat Pythagoras: tantum opinio præiu-
 dicata poterat, vt etiā sine ratione valeret au-
 toritas. Eiusdem erroris vanitas in quibus-
 dam Aristoteleis est, qui tantum tribuunt
 suo magistro, vt eum Deum quendam exi-
 stiment, & Aristoteli repugnare idem pro-
 pemodum esse credant, quod natura, veritati,
 Deo repugnare. Itaque cum Frater meus
 Petrus Ramus in Aristoteleorum senten-
 c. ii.

tiam vsitatissimo illo, & omnibus temporibus approbatissimo more dixisset, duo homines tam vehemēter irati, cōmotique sunt, vt qui Aristotelem reprehenderet, existimarent eum omnes artes conturbare, iura humana, & diuina peruertere, omnem humani iudicij libertatem eripere: denique e mundo quasi mundi solem tollere: atque Aristotelico spiritu afflati exclamarent tantum scelus igne expiandum esse, & ne testimonio tantae stultitiæ careremus, (vix enim credibile id esset, nisi scripto testatū, proditūque teneretur) libellis cōtra Aristotelicas animaduersiones descriptis, & per orbē terrarum missis id predicandum, & diuulgandum censuerunt: quos homines, quoniam à seipsis satis vexati sunt, & à fratre meo perpetuò contempti, tandemque Aristoteleo iudicio rescisso satis refutati, nō puto mihi seuerius notandos esse. Sed quid Aristoteleos duos hic commemoro, cum tota istorum hominum natio eadē sit? Enimuero quid sin-

gularem, & post homines natos inauditam Aristotelicum iudicium de Ramo. historiam referam? summa semper libertas fuit grammaticis, rhetoribus, mathematicis, philosophis, contra grammaticos, rhetoras, mathematicos, philosophos dicendi, & scribendi: eaque libertas, quia ad omnium artium perfectionem pertinere magnopere videbatur, maxime probata est, & omnium philosophorum, Aristotelis praeserim praeceptis vnice commēdata. At quoniam Petrus Ramus Aristotelicis animaduersionibus Aristoteleos dormiētes vellicare ausus erat, Deus bone, meminisse horret, quae contigerint: res atrociores praetermittam: ex Aristoteleis neminem nominabo: summam rerum simpliciter attingam. Vix Aristotelicæ animaduersiones lectæ erant, cum Petrus Ramus repente non ad humanam aliquā, & literis vsitatam disputationē ab Academia vocatur, sed ad Prætorij Tribunalis capitalem contentionem per certos homines falso Academia nomine rapitur, nouique, &

ante hunc diem inauditi criminis accusatur, quòd Aristoteli repugnãdo Theologiam & artes enervaret: hac enim oratione Aristotelea actio instituta est. hinc Aristoteleorum clamoribus agitated ad summum Parisiensis curiæ consilium traducitur: Deinde cum legitimo iudicij more res agi, atque apertius iniquissimã fraudis invidia percipi videretur, novis artibus à Senatu Parisiensi ad Regiam cognitionem disucitur, qua constitutis quinque iudicibus, binis ex vtraque parte, quinto regia denominatione designato, causam de singulis animaduersionum capitibus dicere iubetur. hinc tametsi de quinque iudicibus tres infensissimos Ramus habebat, tamen vt mandato regio obtemperaret, ad diem constitutum adfuit: scriba vnus aderat, qui rationes Rami, & iudiciũ sententias exciperet, defensionis suã testem Ramus impetrare neminem potuit. Biduo magna contentione de dialecticã artis definitione, & partitione, qua in logici Organi

libris nulla essent, concertatum est: tres Aristotelei iudices primo die contra omnes bene descriptã artis leges iudicarunt ad dialecticã artis perfectionem definitione nihil opus esse: Iohãnes Quintinus Heduus, Iohãnes Bomontius Parisiensis, qui duo iudices erant à Ramo delecti, pro singulari sua eruditione, & doctrina censuerunt omnem disputationem, qua via, & ratione procederet, à definitione proficisci debere, idque prescriptum obsignarũt. Postridie tres iudices Aristotelei vehementer conturbati de partitione assentiuntur, Dialecticã legitimas esse partes inuentionem, & iudicium, atque hac de re sententias suas prescribunt: verum cũ Ramus vrgeret Aristoteles igitur merito à se reprehendi, quòd propria partitione pretermissa totam Dialecticã mille tenebris obruerent, tribus iudicibus ampliari causam placuit, & in aliũ diem reiñci, quia ista via Aristotelei superiores esse non possent. Hic audiendi Rami finis fuit: deinceps enim

Aristotelei indices astuare, rixari inter se,
 & iurgare, quod eò se per imprudentiã de-
 merfissent, vnde incolumes emergere nõ pos-
 sent. Itaque ne non damnaretur Ramus, no-
 uum consilium initur, vt ab initio tota dispu-
 tatio retextatur, & adhuc iudicata induce-
 retur, proque nihilo haberetur. Id verò Ra-
 mus se facturum pernegauit, cepitque libe-
 rius conqueri his se iudicibus esse traditum,
 quibus satis non esset eius sententiã tam ce-
 ca cupiditate oppugnare, nisi ipsi quoque suã
 dictã præsertim, & ob signatam nullo incõ-
 stantiã pudore rescinderent: quare tum Ra-
 mus à tribus illis accusatorijs iudicibus, cum
 eos neque sua conquestione, neque reliquorũ
 iudicum admonitione de tanta violẽtia de-
 duceret, appellauit. Postremum igitur illud
 fuit, tanta autoritas cõtra Ramum impetra-
 tur, vt tribus Aristoteleis iudicibus infinita
 potestate, sine auxilio, sine pronocatione iudi-
 cium de Aristotelicis animaduersionibus
 permitteretur: tam varijs scilicet machinis,

tam multis copijs, tot potestatibus ad confu-
 tandum dialectica disputationis argumen-
 tum opus fuit, vix (ita me Deus amet)
 Vix Priamus tanti, totãque Troia fuit.

Sed cætera attendamus: huic tantæ pote-
 stati, maiori etiã cupiditati Quintinus, &
 Bomontius cõcessere, per scripta tamen ante
 de vniuersa disputatione sententia, testati si-
 bi placere, vt in philosophia (sicut antea sem-
 per fuisset) liberum esset in omnem partẽ di-
 sputare, ex eo autẽ confessu se discedere, quia
 se non socios consilij, sed iniuriã, quã Ramo
 fieret, adhibitos testes intelligerent: idẽque
 Ramus ipse non sine stomacho, cum à tribus
 illis contumeliose illuderetur, fecit. & ea se
 tempora sperare dixit, quibus tales iudices
 de suo facto nequaquam parem essent vo-
 luptatem percepturi: Ita vi victa, vel certe
 hominum quorundam opinione, ad tempus
 oppressa causa est. Condenantur igitur triũ-
 uirali sententia nõ modo indicta, sed in-

cognita plane causa animaduersiones Aristotelicae: hoc expectari à talibus iudicibus potuit: Eiusdem incendiij ruina institutiones dialecticae affliguntur, non alia quippe ratione, quàm quod eiusdè artificis opus erant: neque enim verbo Aristoteleos laeserant, imò ne ab his quidè accusata vnquam fuerant, sed ante illum diem ab Aristoteleis ipsis laudatae: quis iudex præter hos damnauit vnquam quod accusatum nõ esset? de quo reus nihil interrogatus esset? Auctori animaduersionum, & institutionum toto philosophia regno velut aqua & igni, graui etiam pœna addita interdicitur, ne vnquam vel scribendo, vel docendo in vllâ philosophia partem ingrederetur: hoc verò non est *ἀπειθεῖν* acumine refellere, sed dialecticum de suggestu deturbare: atque hæc omnia Regis licet omnium regum & humanissimi, & literarum amantiissimi, tamen per falsas & improbiſsimè confictas calumnias inducti auctoritate cõfirmantur. Cõstricta itaque lin

gua, vincētis manibus, cum sic afflictus Ramus teneretur, vt Aristoteleis vel impudenter scerpere liceret, Ramo contra ne mutire quidem liceret, triumphus de tam nobili victoria mirificus agitur: tristis illa & horrida triumuirum sententia impressis & Latina & Gallica oratione libellis, nõ modo per huius vrbs compita, sed per orbis terrarum loca omnia, quò exportari potuit, promulgatur: ludi magno apparatu celebrantur, vbi spectantibus & plaudentibus Aristoteleis omni ludibriij & conuitij genere Ramus afficitur. quid reliqua his indigniora commemorem? quæ tametsi verissima sunt, & memoria recenti tenentur, tamen ita sunt ab honestis studijs aliena, vt verear ne ijs etiam qui interfuerint, & viderint, res tam incredibile nõ facta, sed ficta esse videatur. Hæc Aristotelici iudicij breuis & summaria historia est: plurima enim prætereo, quæ sine certorum hominum infamia commemorari non possunt: neque hæc pauca idcirco cõme-

moro, vt maleuolo cuiquam stomachum moueam: quid enim minus est, quàm vt tam inhumaniter vexatis saltem praeeriti laboris meminisse liceat: sed vt omnes intelligant (Cardinalis illustrissime) non solum quantum tibi tali abrogato iudicio Ramus, Talaeusque debeât, sed etiam quàm formidabilis, & iracûda Aristoteleorû logica sit, quæ talibus argumentis aduersarium persequatur: ac me Aristotelei pari iracundia appetât, ad Academiam refugio minime superbam, atque violentam, sed contrâ facilem & benignam, quæ tantum abest, vt sibi contradicentibus tam ferociter irascatur, vt etiã amatores suos existimet, à quibus sibi veritatis inquirendæ gratia diligenter & accuratè contradicatur. Hanc itaque velut certissimam humanæ prudentiæ regulam semper homini propositam esse oportebit, quisquis volet recte & constanter de rebus omnibus iudicare, quod si in his emendis & cõtrahendis quæ ad corporis vsus & cultum

pertinent, tantum diligentia adhibetur, vt non nisi adhibito magno delectu quicquam emas, nec si tibi mercator merces suas, quas venales exhibet, optimas esse iureiurando cõfirmauerit, idcirco plus eius testimonio, quàm tuo iudicio tribuas: quanto maiore studio & consideratione merces animorum quas philosophi nobis venditant, explorandas & deligendas esse arbitraris? nam, vt ait Horatius,

Non qui sydonio contendere callidus ostro
Nescit aquinatem potentia ueller a fucum,
certius accipiet damnium, propiusue medullis,
Quàm qui non poterit uero distinguere falsum.

Sunt autem illi ipsi philosophi mercatores, atque institores sapientiæ, itaque si quid in Platonis sermonibus, & scriptis commodum mihi, & utile est, accipio: si quid boni in hortis Epicuri prostat, non contemno: si quid melius Aristoteles vendit, quantum, quoquo modo videtur, assumo: si magis sunt vendibiles Zenonis, quàm Aristot-

telis merces, Aristotelem relinquo, ad Zenonis officinam diuerto: si vana sunt, & inutilia, quae venduntur in tabernis philosophorum omnia, omnino nihil hinc emo, neque tam optima querendi finem facio, notoque illo Horatii consilio, atque instituto admonitus,

Lib. I.
episto.

Quod uerum, atque decens, curo, & rogo, & omnis in hoc sum:

Ac ne forte roges, quo me duce, quo lae tute,

Nullius addictus iurare in uerba magistri

Quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes:

Nunc agilis sis, & mersor ciuilibus undis:

Virtutis uerae custos, rigidusque satelles:

Nunc in Aristippi furtim praecepta relabor:

Et mihi res, non me rebus submittere conor:

Hac est Academicorum, id est uerorum hominum (vtrunque enim tantundem ualere existimo) propria & germana libertas, nullius hominis legibus, & institutis in philosophia necessario parere: modestia, in rebus incertis iudicium suum nullum interpone-re: prudentia, causas rerum conferre, & quid in

quaque sententia dici possit, exprimere nulla adhibita sua autoritate: sapientia, unicam ueritatem in omni uita tanquam deam colere, eamque pluris, quam omnium Philosophorum testimonia aestimare.

Habes (Cardinalis illustrissime) Academia consuetudinem non ex meo, sed Ciceronis sensu, atque oratione breuiter expositam: quam si quis melius & luculentius ostenderit, huic ego non modo mihi aduersarium non putabo, sed uerum Academicum, uerumque philosophum nominabo, qui mea oratione nihil exterritus perfectius aliquid & accuratius exquisierit.

FINIS.



Audomari Talæi in A-
CADEMICVM CICE-
ronis fragmentum, explicatio,

AD CAROLVM LOTHARINGVM
Cardinalem Gufianum.

Academicos philosophos
Cardinalis illustrissi-
me, fuisse accepimus,
qui in Academia ver-
fati, philosophatique
sunt. Academia autē
(vt ait Laertius) locus erat Athenis suburba-
nus, & nemorosus, ab Academo heroe sic
appellatus, sicut Eupolis in Aſtratentis.

Ἐν ὄσκις δρόμοισιν Ἀκαδήμης θεοῦ, id est
In umbrosis ambulacris Academi Dei. & Timon,
τῶν πόντων δ' ἡγεῖτο πλεῖστους, ἀλλ' ἀγορήτης
Ἡδυνεπὴς τέττυξεν ἰσογράφου, οἷο' ἑκαδήμης
Δένδρεϊ ἐφεζόμενοι ὅππᾳ λειριέασαριῖσι. hoc est,

Hos inter dux ille Plato celsissimus ibat,
Cui⁹ ab ore melos manabat, quale hecademi
Arbustis lepidam modulantur voce cicada.

Qui igitur post Platonem Platonis Aca-
demiā sequuti sunt, è loci vocabulo nomen
habuerunt, quem admodum superiore libel-
lo docuimus: quorum alij veteres, alij noui di-
cebantur, & veteres quidem à Platone vs-
que ad Archesilam, qui excepto Platone
in philosophia tanquam in Republica prin-
cipes certas leges instituerunt, quibus eorum
auditores sectatoresque necessariò parerent:
nouij autem ab Archesila vsque ad etatem
Ciceronis viguerunt, qui sectas illas seruitu-
tis aspernati, libertatis scholam tenuerunt, in
qua liberum esset de omnibus rebus, nulla ad-
hibita cuiusquam autoritatis persuasione iu-
dicare. quibus Academicis nouis duplex dis-
serendi ratio proposita fuit, vna de rebus pro-
positis in contrarias partes, qualis est Cice-
ronis de finibus bonorum & malorum, de na-
tura deorum, de diuinatione: Altera doctri-

na cuiusdam & artis via progreditur, cum
ea quæ probabilia videntur, perpetuis præce-
ptis explicant: quod disserendi genus Cicero
in disputatione Officiorum secutus est, quem
cum sui temporis homines incesserent vt le-
uissimum transfugam, nec in vlla parte stan-
tem, sed modo Epicureum, modo Stoicum,
modo Peripateticum, modo ab his ipsis alie-
num, ille pulcherrimæ institutionis suæ decla-
randæ causâ Academicæ nouæ causam pri-
mum duobus libris egit Catulo, & Lucul-
lo, quibus aliqua ex parte retractatis, idem
argumentum quatuor alijs libris Acade-
micis persecutus est. Ac duos illos prioris
editionis nominibus eorum qui loqueren-
tur inscripsit, quos, cum non satis philologos
animaduertisset, de philologia indecore lo-
qui, libros eos non argumenti quidè: sed per-
sonarum causâ mutandos esse existimauit.
Hæc (ait) Academica, vt scis, cū Catulo, Lib. 13.
ad Attic.
Lucullo, Hortensio cōtuleram: sane in perso-
nas non cadebant, erant enim λογικότερα, ,,

quàm ut illi de his somniaſſe vnquam videretur. Efficere tamen Cicero nõ potuit, quia iam in manus hominum peruenierant, vt omnino ſupprimeretur, cum Lucullus adhuc integer habeatur: quin etiam his libris iam editis nona proemia addidit, quibus Catullus & Lucullus laudarentur. Atque hæc de priore editione: ſecunda autem editionis quatuor Academicos libros M. Terentio Varroni multis de cauſis nũcupatos eſſe voluit: vna, quòd doctus ille, & Antiochiarũ partium, quas ei in dialogo tribuit, mirificè ſtudioſus erat. Ergo (inquit) illa *Ἀποδοκίμησις*, in qua homines nobiles illi quidem, ſed nullo modo philologi nimis acutè loquuntur, ad Varronẽ trãſferamus: etenim ſunt *κοινὰ ἔργα*, quæ iſte valde probat. Catulo, & Lucullo alibi reponemus, ita tamen ſi tu hoc probas, de que eo mihi reſcribas velim. Altera cauſa fuit, quòd de ea re à Tito Pomponio Attico admonitus fuerat. Quòd ad me, inquit, de Varrone ſcribis, ſcis me antea orationes,

Lib. 13.
ad Attic.

Ibidem.

aut aliquid id genus ſolitũ ſcribere, vt Varronem nuſquam poſſem intexere. Et alia epiſtola, Commotus tuis literis quod ad me de Varrone ſcripſeras, totam Academicam ab hominibus nobiliſſimis abſtuli, tranſtulique ad noſtrum ſodalem, & ex duobus libris cõtuli in quatuor: Grandiores omnino ſunt, quàm erãt, ſed tamẽ multa detracta: tu autem per mihi velim ſcribas, quid intellexeris illum velle, illud vtique ſcire cupio, quid intellexeris ab eo *ῥητορικῆς*. Poſtrema cauſa fuit, quòd hoc munus gratum Varroni fore ſenſerat. In Varrone (ait) iſta cauſa me non moueret, ne viderer *φιλόδοξος*: ſic enim conſtitueram neminem includere in dialogo eorum, qui viuerent, ſed quia ſcribis & deſiderari à Varrone, & magni illum æſtimate, eos conſeci, & abſolui, neſcio quàm bene, ſed ita accurate, vt nihil poſſet ſupra. His igitur de cauſis Academica diſputatio à Catulo, & Lucullo ad M. Terentium Varronem tranſlata eſt, in qua quæ ratio per-

Lib. 13.
ad Attic.

Lib. 13.
ad Attic.

sonarū dignitasque sit, idem Cicero in Epistolis ostendit. Academicam (ait) omnem questionem libris quatuor absolui, in eis quæ erant contra ἀκαδημαστικῶν præclare collecta ab Antiocho, Varroni dedi, ad ea ipse respō deo, tu es tertius in sermone nostro: si Cottam & Varronem fecissem inter se disputantes, vt à te proximis literis admoneor, meum κωφὸν πρὸς ὄντων esset: hoc in antiquis personis suauius fit, vt & Heraclides in multis, & nos sex libris de Republica fecimus. Cum hoc opus iam confectum, & absolutum esset, tamen an Varronis nomine ederet in lucem, an de dialogo Varronē detraheret, personāque mutaret Cicero diu multūmq; dubitauit, vt ipse testis est in epistolis ad Atticum: Ecce (inquit) tua litera de Varrone, nemini visa est aptior ἢ τὴν ῥητικὰ ratio, sed tamen velim scribas placeat ne tibi ad illum: Deinde si placebit, hoc ne potissimum. & alibi, Illud etiam atque etiam consideres velim, placeatne tibi mitti ad Varronem quod

Lib. 13.
ad Attic.Lib. 13.
ad Attic.

scripsimus, et si etiam aliquid ad te pertinet, nam scito te ei dialogo adiunctum esse, tertium opinor: igitur consideremus, et si nomina iam facta, vel induci, vel mutari possunt. Causam suæ dubitationis aliquot in locis taceat, vt, De Varrone non sine causa quid tibi placeat, diligenter exquiro, occurrunt mihi quædam, sed ea coram: te autem ἀποπέσειν intexui, faciamq;: proximis enim literis primum id te non nolle cognoui. & alio loco, Varroni simulatque te videro, si videbitur, mittam: quid autem dubitarim, cum te videro, scies. Sed tamen quadā epistola se graue iudicium Varronis de hac Acadēmica disputatione vereri significat: Volo (inquit) Varronē, præsertim cum ille desideret, sed est (vt scis) ἄλλος ἀνὴρ τὰ χρεῖα ἢ ἀνοήτω ἀκαδημαστικῶ. Ita mihi sæpe occurrit vultus eius, quærentis fortasse vel hoc, meas partes in his libris copiosius defensas esse quàm suas, quod tamen me hercule intelliges non esse, si quando in Epirum veneris, iam nūc Ale-

Lib. 13.
ad Attic.Lib. 13.
ad Attic.Lib. 13.
ad Attic.

„ xionis epistolis cedimus, sed tamen non de-
 „ spero probatum iri Varroni, & id quoniã
 „ impensam fecimus in Macrocola, facillè pa-
 „ tior teneri, sed etiam atque etiam dico, tuo
 „ periculo fiet: quare, si dubitas, ad Brutum
 „ transeamus, est enim is quoque Antiochius.
 „ O Academia volaticam, & sui similem,
 „ modo huc, modo illuc. Eos libros primũ Ro-
 „ mã misit, nec tantũ librarijs Attici descri-
 „ bendi potestate fecit, sed etiam totã editionẽ
 „ Attici iudicio arbitrioq; permisit. Quid ti-
 „ bi ego de Varrone rescribam? ^{διψήσω} ^{ἔγραψα} sunt
 „ in tua potestate, quid egeris, id probabo, nec
 „ tamen ^{ἀδελείωμα ἔσται}, quid enim? sed ipsi
 „ quã res illa probaretur, magis verebar, sed
 „ quoniam tu suscipis, in alteram aurem. Et
 „ alia epistola, Ego interea admonitu tuo per-
 „ feci sane argutulos libros ad Varronem, sed
 „ tamẽ expecto quid ad ea, quã scripsi ad te,
 „ primum quid intellexeris eum desiderare à
 „ me, cũ ipse homo ^{πολυγραφῶτατος} nunquã
 „ me lacesisset: deinde quam ^{ῥηλότητι} multã

lib. 13.
 ad Attic.

ibidem.

hortensum minus, aut eos qui de Repub. lo-
 „ quũtur. Plane hæc mihi explices velim, im-
 „ primis maneatne in sententia, vt mittam ad
 „ eum quã scripsi, an nihil necesse putes, sed
 „ hæc coram. Quanta autem accuratione, &
 „ diligentia quatuor Academicos libros li-
 „ matos ediderit, ipsdem epistolis indicat, Vt
 „ legi (inquit) tuas literas, de Varrone tanquã
 „ ^{ἑρμᾶϊον} arripui, aptius esse ad id philosophiæ ^{Attic.}
 „ genus nihil potuit, quo ille maxime mihi
 „ delectari videtur, easque partes vt non sim
 „ consecutus, vt superior mea causa, videatur.
 „ Sunt enim vehemẽter, ^{πιδόνα} Antiochia,
 „ quã diligẽter à me expressa acumen habeãt
 „ Antiochi, nitore orationis nostrũ, si modoe st
 „ aliquis in nobis. Et alio loco, Libri quidem
 „ ita exierunt, nisi forte me cõmunis ^{φιλαστία}
 „ decipit, vt in tali genere ne apud Græcos
 „ quidem simile quicquam. Tu illam iactu-
 „ ram feres æquo animo, quòd illa, quã ha-
 „ bes de Academicis frustra descripta sunt,
 „ multò tamen hæc erunt splèdidiora, breui-

li. 13 ad

ra, meliora. De quatuor Academicis libris
fragmentum duntaxat primi hac nostra æ-
tate residuum est, in quo primum captata
sermonis occasione, questio statim disputa-
tur, an latine philosophandum sit, deinde
veteris Academiae explicatio, eiusque à
Peripateticis primum, deinde à Stoi-
cis facta correctio traditur, reli-
qua disputatio primi libri,
triumque proximo-
rum deside-
ratur.



M. T. Ciceronis Aca-
demicarum *Questionum* liber primus,
ab Audomaro Taleo explicatus.

IN Cumano nuper
quum mecum Atti-
cus noster esset, nuncia-
tum est nobis à M.
Varrone, venisse eum
Roma pridie vesperi,
& nisi de via fessus esset, continuo ad nos
venturum fuisse. Quod cum audissemus,
nullam moram interponendam putauimus,
quin videremus hominem nobiscum & stu-
dijs eisdem, & vetustate amicitiae con-
iunctum. Itaque confestim ad eum ire per-
reximus, paulumque quum eius villa ab-
essemus, ipsum ad nos venientem vidimus,
atque illū complexi (vt mos amicorum est)

satis eum longo intervallo ad suam villam reduximus.

CUM ANVM Ciceronis ulla fuit non procul à cumis oppido Lucania, cui vicina eiusdè nominis villa Varronis erat. Occasionem autem dialogi qui sequitur, attulit tum varronis aduentus in suum cumanum, tum profectio ciceronis & Attici ad varronem doctissimum simul & amicissimum hominem salutandum, tum varronis ad utrumque uenientem festinatio, tum mutuus & plenus amoris complexus, tum locus ipse varronis ad philosophandum aptissimus: quæ omnia ut breuiter, ita congruenter ad apparatus sermonis ficta descriptaque sunt.

Hic pauca primò, atque ea percontantibus nobis, & si quid forè Roma noui, Atticus. Omitte ista quæ nec percontari. nec audire sine molestia possumus, quæso, inquit, & quære potius ecquid ipse noui. Silent enim diutius musa Varro nis quàm solebant: nec tamen istum cessare, sed celare quæ scribat, existimo. Minime verò, inquit ille. Intemperantis enim arbitror esse scribere, quod occultari velit. Sed habeo opus magnū in manibus, quod iam pridem ad hunc eum ipsum (me autem di-

cebat) quædam institui, quæ & sunt magna sanè, & limantur à me politius. Et ego ista quidem, inquam, Varro iandiu expectans, non audeo tamen flagitare. Audiui enim è Libone nostro, cuius nosti studium (nihil enim eiusmodi celare possumus) non te ea intermittere, sed accuratius tractare, nec de manibus vnquam deponere.

IAM tres doctissimi homines, & summa necessitudine conuincti ad colloquendum parati sunt. Primus ingressus ad sermonè fit ex usitata percontatione: serè enim fit, ut eos, qui ex aliqua celebri urbe ueniunt, interrogemus, quid noui? quæ tamen interrogatio ex Attici correctione gratior efficitur, Omitte (inquit) Varronem de turbulentis rebus, & molestiarum plenis percontari: sed quære potius quid ipse noui agat, de huius enim scriptis iam pridem nil accepimus: quem tamen non cessare sed celare quæ scribat existimo. Hoc loco prima captatur occasio de studio literarū colloquendi. Varro autè Attico dupliciter respondet, & quod ineptū sit labores suos nolle in lucè aspectūq; proferre, & quòd magnū opus diligenter & accuratè poliat, quod de lingua Latina multis libris ad M. Ciceronem, his Academicis editis missum potest intelligi: cuius ΠΕΡΙΦΩΝΗΣΙΩU biennio antè Varro Ciceroni denunciauerat, ut ex epistola quadam ad Atticum suspicari licet: quod opus Cicero ex Tribonio Libone audierat à Varro- ne limari politius, sed tamen cum tardius mitteretur,

ab eo requirere non dubitavit. Expectabam, inquit, omnino iandiu, meque sustinebam, ne ad te prius quid scriberem, quam aliquid accepissem, ut possem te remunerari quam simillimo munere: sed cum tardius id faceres, id est (ut ego interpretor) diligentius, teneri non potui, quin coniunctionem studiorum amorisque nostri, quo possem literarum genere declararem.

Illud autem mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit à te requirere: sed nunc postea quam sum ingressus res eas, quas tecum simul didici, mandare monumētis, philosophiamque veterem illam à Socrate ortam latinis literis illustrare: quaero quid sit, quum, quum multa scribas, genus hoc praetermittas: praesertim quum & ipse in eo excellas, & id studium, totaque ea res longe ceteris & studiis & artibus antecedit. Tum ille: Rem à me saepe deliberatam, & multum agitaram requiris. Itaque non multum haesitans respondendo: sed ea dicam, quae mihi sunt in promptu, quod ista ipsa de re multum, ut dixi, & diu cogitavi. Nam quum philosophiam viderem diligentissime Graecis literis expli-

catam, existimaui, si qui de nostris eius studio teneretur, si essent Graecis doctrinis eruditi, Graeca potius quam nostra lecturos: sed à Graecorum artibus, & disciplinis abhorrent, ne haec quidem curaturos, quae sine eruditione Graeca intelligi non possunt. Itaque ea scribere nolui, quae nec indocti intelligere possent, nec docti legere curarent. Vides autem eadem ipse: didicisti enim non posse nos Amasianum, aut Rabirium similes esse, qui nulla arte adhibita, de rebus ante oculos positis, vulgari sermone disputant, nihil definiunt, nihil partiuntur, nihil apta interrogatione concludunt, nullam denique esse artem, nec dicendi, nec disserendi putant. Nos autem praecipis dialecticorum, & Oratorum, quoniam utranque vim vnam esse nostri putant, sic parentes ut legibus, verbis, quanquam novis cogimur uti, quae docti, ut dixi, à Graecis petere malunt: indocti à nobis ne accipiunt quidem, ut frustra omnis suscipiatur labor. Iam verò

physica, si Epicurum, id est si Democritum probarè, possem scribere ita planè vt Amfanus. Quid est enim magnum, quò causas rerum efficientium sustuleris, de corpusculorum (ita enim appellat Atomos) concursione fortuita loqui? Nostra tu physica nosti, quæ contineantur ex effectione, & ex materia ea, quam fingit & format effectio. Adhibenda enim geometria est: quoniam quibusnam quisquam enunciare verbis, aut quem ad intelligendum poterit adducere, hæc ipsa de vita & moribus, de expectendis fugiendisque rebus. Illi enim simpliciter pecudis, & hominis idem bonum esse censent, apud nostros enim non ignoras quæ sit & quanta subtilitas. Siue enim Zenonem sequare, magnum est efficere, vt quis intelligat, quid sit illud verum & simplex bonum, quod non possit ab honestate seungi: quod bonum quale sit, negat omnino Epicurus sine uoluptatibus sensum mouentibus nec suspicari. Si verò Academiam ve-

terem persequamur, quam nos, vt scis, probamus: quam erit illa acutè explicanda nobis, quam argutè, quam obscurè etiam contra Stoicos differendum? Totum igitur illud philosophiæ studium mihi quidè ipse sumo & ad vitæ cõsuetudinè & constantiã, quantum possum, & ad delectationè animi, nec vllũ arbitror (vt apud Platonè est) maius, aut melius à dijs datum munus homini: sed meos amicos, in quibus est studium, in Græciam mitto, id est ad Græcos ire iubeo, vt ea à fontibus potius hauriant, quam riuulos consectentur. Quæ autem nemo adhuc docuerat, nec erat vnde studiosi scire possent: ea quantum potui (nihil enim magnopere meorum miror) feci vt essent nota nostris. A Græcis enim peti non poterant, ac post Lælij nostri occasum, ne à Latinis quidem. Et tamè in illis veteribus nostris, quæ Menippum quidem imitati, non interpretati quadam hilaritate conspersimus, multa admixta ex intima philosophia, multa di-

*Et dialecticè: quæ quo facilius minus do-
cti intelligerent, incunditate quadam ad le-
gendum inuitati, in laudationibus, in ijs ipsis
antiquitatum præmijs philosophiæ scribere
volumus, si modo consequuti sumus.*

PRIMA quæstio ab Attico posita est de literis Varro-
nis, ex cuius solutione alia deinceps nescitur. Posteaquam,
ait Cicero, ingressus sum edito iam libro, qui Hortensius
inscribitur, philosophiam à Socrate ortam, à quo Peripate-
tici, Academici, stoici, Epicurei profecti sunt, Latinis li-
teris illustrare, quæro cur cū πολυγλωσσῶτατες ipse sis,
genus hoc Latine philosophandi prætermittas? Hæc quæstio
in utranque partem disceptatur à varrone & cicerone,
quorum ille negationem, hic affirmationem tuetur & su-
stinet. primum varronis argumentum ex adiunctis est
Latine philosophantium, quod hac conclusione disponitur.
Ea latinis literis mandanda non sunt, quæ nec intelligant
indocti, nec docti legere curent. philosophiam Latinam
imperiti non intelligent, & docti Græcam quàm Latinam
legere mallet. Latinis igitur literis explicanda mihi non
est. Hoc argumentum collatione Epicureorum cum reli-
quis philosophis illustratur, non solum ad indicandam dis-
similitudinem eorum inter se, uerum etiam seriè & constan-
ter philosophandi magnitudinem & difficultatem.

prima dissimilitudo est in dialecticis studiis, quæ ab
Epicureis contemnuntur, à reliquis philosophis diligen-
ter in omni disputatione exercentur. Nulla ferè Latina
sunt, ait Cicero, aut pauca admodum monumenta, siue pro-

Tusc. 4

pter magnitudinem rerum, occupationemque omnium, siue
etiam quod imperitis ea probari posse non arbitrabantur:
cum interim illis silentibus C. Amasanius extitit dicens,
cuius libris editis commota multitudo contulit se ad eandem
potissimum disciplinam: siue quod erat cognitum perfacile,
siue quod inuitabatur illecebris blandis uoluptatis. siue etiã
quia nihil probatum erat melius: illud quod erat, tenebant.
Post Amasanium autem multam eundem æmuli rationis, mul-
ta cum scripserunt, Italiam totam occupauerunt: quodque
maximum argumentum est non dici ea subtiliter, quod et-
iam facile ediscantur, & ab indoctis probentur, id illi fir-
mamentum esse disciplinæ putant. Hic Amasanius & reli-
qui Epicurei, Epicuri auctoritatem sequenti totam dialecti-
cam contempserunt. Epicurus enim (ait Cicero) in altera
parte philosophiæ quæ est quærèdi, ac differendi, quæ Λογι-
κῆ dicitur, plane (ut mihi quidem uideatur) inermis & nu-
dus est: tollit definitiones, nihil de definiendo & diuiden-
do docet, non quomodo efficiatur cõcludaturque ratio, tra-
dit, non qua uia captiosa soluantur, ambigua distinguatur,
ostendit. At Academicus varro si dialecticus definiendi, di-
uidendi concludendique subtilitates diligenter, ut par est,
persequatur, in diuisionem suam nec doctis, nec indoctis pro-
bare poterit, ut iure meritoque latine philosophandi studiũ
prætermittendũ esse concludat. iam uerò in altera parte
philosophiæ quæ est de natura, & rebus occultis si Epicu-
reus esse uelit, imperitis quidem satisfaciet, sed doctis me-
ptus ac ridiculus apparebit. Epicurus in physicis (ut ait Ci-
cero) ex Democriti fontibus hortulos suos irrigauit: quin-
etiam (ut auctor est Laertius) Democriti libros de uerbis natura
ut suos asseruit: cuius ineptias Cicero irridet his uerbis, deorum.
Principio in physicis quibus maxime gloriatur, primum to-
tus est alienus: Democrito adiciit per pauca mutans, sed ita, finibus.

Lib. I. de
finibus.Lib. 3.
Lib. I. de

B. ii.

ut ea quæ corrigere uult, mihi quidē deprauare uideatur. ille atomos, quas appellat, id est, corpora in diuina propter soliditatem cęset in infinito inani, in quo nihil nec summū, nec infimū, nec mediū, nec ultimum, nec extremum sit ita ferri, ut concursuibus inter se cohærescant, ex quo efficiantur ea quæ sunt, quæque cernantur omnia: eūque motum atomorum à nullo principio, sed ex æterno tēpore intelligi conuenire: & ibidem, Homo acutus cum illud occurreret, si omnia deorsum è regione ferrētur, & (ut dixi) ad lineam, nunquam fere, ut atomus altera alteram posset attingere, attulit rem commentitiā: declinare dixit atomum per paulum, quo nihil posset fieri minus, ita effici complexiones, & copulationes, & adhesiones atomorū inter se, ex quo efficeretur mundus, omnesque partes mundi, quæque in eo essent. Academicos quos. M. Varro magistros habet, principia rerum naturalium non atomum, & inane (ut Epicurei) sed materiam & formam statuunt: nec quicquam temerariis fortuitis que causis effici censent, sed naturalibus, & necessariis, & ad certum finem destinatis: itaque cum Epicureorum doctrina tota puerilis sit, Academicorum scientia multo subtilior, & ab imperitorū animis longius diiuncta, Varro nō placet philosophiam naturalem Latine ciuibus suis explicare. Quod item confirmat in tertia parte, quæ est de uita, & moribus, proposita dissimilitudine philosophorum de summo bono disputantium: qui locus tamen si lacunofus est, in eo tamē, sicut in superioribus, uestigia quedam dissimilitudinis apparent. Aristippus, & Epicurus summum bonum uoluptate, quæ maxima dulcedi ne sensum moueret, definiabant: qui (ut ait Cicero) non uiderunt ut ad cursum equum, ad arduum bouem, ad indagandum canem, sic hominem ad duas res (ut ait Aristoteles) intelligendum, & agendum esse natum quasi mortalem

lib. 2. de
finibus.

Deum: contra, ut tardam aliquam, & languidam pecudē ad pastum, & procreandi uoluptatem hoc diuinum animal ortum esse uoluerunt, quo nihil mihi uidetur esse absurdus. Lib. 10.
Homerus in Odyssæa cum de ueneficiis, & carminibus Circes loquitur, hoc ipsum significare uult blandis uoluptatibus homines in pecudū uitam degenerare: unde illud Horatii, Syrenum uoces, & Circes pocula nosti:
Quæ si cum sociis stultus, cupidisque bibisset,
sub domina meretrice fuisset turpis, & excors,
Vixisset canis immundus, uel amica luto sus.

Nec minus est abstrusa, & admirabilis Zenonis quam stulta, & contemnenda Epicuri sententia: magnū est enim hominibus probare id solum esse bonum, quod honestum sit, nec quicquam aliud in bonis ponendum, idque optimū & perfectissimum censei oportere: quod cuiusmodi sit, detractis uoluptatibus se nescire clamat Epicurus in lib. de finibus: quem locum Cicero Latine conuertit. Quid ter quiescamur (inquit) Epicure, nec fatemur eam nos dicere uoluptatem, quam tu idem cum os perfricisti, soles dicere: sunt hæc tua uerba, necne? in eo quidem libro qui continet omnem disciplinam tuam, (fungar enim iam interpretis munere, ne quis me putet fingere) dicis hæc: nec equidem habeo, quod intelligam bonum illud, detrahens eas uoluptates quæ sapore percipiuntur, detrahens etiam eas, quæ auditu, & cantibus, detrahens etiam eas quæ ex formis percipiuntur oculis, suauis motiones, siue quæ aliæ uoluptates in toto homine gignuntur. Varro nec plebeianus, & ex media fece populi depromptam disciplinam Epicureorum, nec admirabilia paradoxa Stoicorum probat: ad Academicos enim seipsum contulerat magis tolerabiles, moderatosque philosophos, quorū disputationes de moribus, & sum-

Tusc. 3.

mo bono, si ea subtilitate qua par est persequi uelit, nec eas imperiti (ut ait) percipere poterunt, nec instituti Græcis literis latinum opus legere curabunt, ut frustra susceptus labor ille scribendi uideatur. Itaque deliberationis huius summam hac distinctione conclusionis efficit, philosophiam esse multis de causis expetendam, quod leges uirtutis adipsiscendæ tradat, quod plenissima sit infinitæ delectationis, quod præstantissimum sit à diis immortalibus hominū generi collatum bonum, ut Plato scribit in epinomide: Et tamen philosophia studiosis Græcos fontes potius adeundos esse, quam Latinos libros legendos, qui uelut riuuli quidam sunt ex immensa Græcorum copia, & subtilitate derivati: ab his enim omnis sapientia liberalisque doctrina, & eruditio manauit. Studium autem Varronis fuit omnem antiquitatem Pop Rom. quæ in tenebris iacebat, excitare, Latiniisque literis illustrare: cuius instituti ratio quædam à Lælio præceptore Varronis inchoata, & quodammodo informata fuerat. Fuit enim is Lælius (ut ait Cicero) uir egregius, & equis Romanis cum primis honestus, idemque eruditissimus, & Græcis literis, & Latinis, antiquitatibusque nostræ & in inuētis, & in actis, scriptorumque ueterum literatè peritus: quam scientiam Varro noster acceptam ab illo, auctamque per se uir præstans ingenio, omnique doctrina, pluribus, & illustrioribus literis explicauit. Nec de antiquitatibus Varro tantum scripsit, uerum etiam Menippi libros in satyris emulatus est, quas (ut ait Gellius) alii cynicas: ipse appellat menippeas: quarum nomina quædam apud Gellium leguntur, ut nescis quid uesperferus uehat cap. 11. lib. 13. & testamentū cap. 16. libri. 3. & de officio mariti cap. 17. li. 1. & περί ἐδελος καὶ τρωπ, id est, de edulis cap. 19. lib. 15. & ὕδωρ κρύδον, id est, aqua frigida: ca. 29. lib. 13. quibus in libris grauitatem, & subtilitatem sententiarū

In Bruto.

iocis, & salibus temperauerat, ut lectorem uarietate orationis inuitatum in ea lectione magna cum uoluptate diuissime retinere posset.

Tum ego sunt, inquit, ista Varro. Nam nos in nostra urbe peregrinantes, errantesque, tanquam hospites, tui libri quasi domū deduxerunt, ut possemus aliquando, qui, & ubi essemus, agnoscere. Tu atatem patriæ, tu descriptiones temporum, tu sacrorum iura, tu sacerdotum, tu domesticam, tu bellicam disciplinam, tu sedem regionum, locorum, tu omnium diuinarum humanarūque rerum nomina, genera officia, causas aperuisti: plurimumque poetis nostris, omninoque latinis & literis luminis, & uerbis attulisti, atque ipse uarium & elegans omni ferè numero poemata fecisti, philosophiamque multis locis inchoasti ad impellandum satis, ad docendum parū. Causam autem probabilem tu quidem affers. Aut enim Græca legere mallent, qui erunt eruditi, aut ne hæc quidem, qui illa nesciunt.

B. iiii.

Sed da mihi nunc, satisne probas? Imò verò & hæc, qui illa non poterunt, & qui Græca poterunt, non contemnent sua. Quid enim causæ est, quur poetas Latinos Græcis literis eruditi legant, philosophos non legât? An quia delectat Ennius, Pacuvius, Accius, multi alij, qui non verba sed vim Græcorum expresserunt poetarum? Quanto magis philosophi delectabunt, si, vt illi Aeschylum, Sophoclem, Empedoclem, Euripidem: sibi Platonem imitentur, Aristotelem, Theophrastum? Oratores quidem laudari video si qui è nostris Hyperidem sint, aut Demosthenem imitati. Ego autem (dicam enim vt res est) dum me ambitio, dum me honores, dum Reipublica non solum cura, sed quadã etiam procuratio multis officijs implicatum & constrictum tenebat, hæc inclusa habeba, & ne obsolescerent, renouabam quò licebat, legendo. Nunc verò & fortuna grauisimo percussus vulnere, & administratione Reipub. liberatus,

doloris medicinam à philophia peto, & ocij oblectationem hanc honestissimam iudico. Aut enim huic etati hoc maximè aptum est, aut ijs rebus, si quas dignas laude gestimus, hoc in primis consentaneum, aut etiam ad nostros ciues erudiendos nihil vtilius: aut, si hæc ita non sunt, nihil aliud video, quod agere possimus. Brutus quidem noster excellens omni genere laudis, sic philosophiã Latinis literis persequitur, nihil vt ipsè de rebus Græcia desideret, & eandẽ quidem sententiam sequitur, quam tu. Nam Aristum Athenis audiuit aliquandiu, cuius tu fratrem Antiochum. Quamobrẽ da quãso te huic etiam generi literarum.

VARRONI totum hoc philosophari non displicet, sed Latinis verbis Græcorum philosophiam explicare non placet. Ad quem refellendum Cicero consuetudine socratis utitur: Primum enim eius industriam in ornandis Latinis & rebus & literis commendat: deinde, cum his honestis uestibulis aditum sibi ad causam fecit, paulatim ad refellendum Varronis consilium descendit. Scripserat ille de diuinis rebus & humanis quadraginta unum libros (ut testis est Diuus Augustinus) ad c. Casarem pontificem ma-
lib. 6. de
ciuitate
dei.

Lib. I. de ximum (ut ait Lactatius) quibus pop. Romanū in maiorū
 falsare- suorum institutus hasiāntem, & quasi in aliena ciuitate
 lig. peregrinantem, omnia & humana & diuina, quae Imper-
 rii Romani magnitudine cōtinebantur, edocuit. Atque hoc
 tam ingens, & magnū uolumen ita partitus erat, ut rebus
 humanis uiginti quinque libros, diuinis sexdecim tribue-
 ret: qua in partitione eam uia, & rationē tenuit, ut libros
 rerum humanarum in quater senos distribuere. Cum enim
 uerum operis humani capita proposuisset, qui agant, ubi
 agant, quando agant, quid agant, sex primos de hominibus
 scripsit, sex deinceps de locis, totidem consequentes de tem-
 poribus, sex postremos de rebus: id est, humanis factis ab-
 soluit: quibus omnibus praepositus est liber, qui generaliter
 de rebus humanis praefaretur. Alteram autem totius ope-
 ris partem de rebus diuinis in quinque ternos libros hac
 ratione diuisit, ut tres primi ad pontifices, augures, &
 quindecim uiros sacrorum spectarent: tres deinceps ad sa-
 cella, sacras aedes, & loca religiosa: tres ordine consequenti
 ad ferias, ludos Circenses, & scenicos: tres in de quarto lo-
 co dispositi ad consecrationes, sacra publica, & priuata:
 tres ultimi ad Deos certos, incertos, praecipuos, & sele-
 ctos: quibus omnibus libris cum singularis instar praemii
 praepositus esset, propositum sexdecim librorum numerum
 explebat: qui si in manibus essent, nec iniuria temporum
 peruisissent, facile intelligeremus quanto studio M. Varro e-
 tatem pop. Romani ab urbe condita usque ad tempora sua,
 & iura sacrorū, sacerdotūque, & urbanā militaremque
 disciplinam, & regiones quae tum erant in ditone populi
 Romani, & ut summam complectar res omnes diuinas,
 & humanas nominibus, generibusque suis, officiis causis-
 que descriptis aperuisset, idem quoque uir, & ingenio, &
 studio prope singulari, magnum lumen poëtis, & literis La-

tinis attulit: libros enim de poëtis ediderat (ut ait Gellius)
 & de Plautinis comædiis, & de lingua Latina: quibus nō
 modo significacionem cuiusque nominis explicauit, sed ra-
 tionem, & causam cur ita quidque esset nominatum, red-
 dere conatus est: Menippeasque comædias magna cum ele-
 gantia, tum uarietate numerorum condidit: & permultis
 locis ciues suos ad philosophiam cohortatus est, philosophiam
 uero nusquam uia, & ordine tractauit. Hac laude Cicero
 gratiam Varronis aucupatus deinceps eius consilium repe-
 tito superiore dilemmate per antistropheon eleuat. Imo ue-
 ro (inquit) & Latina legent, qui Graeca non poterunt in-
 telligere: & qui Graeca poterunt, non continent sua.
 Quod postremū comparacione minorum confirmat hoc mo-
 do: quid caussa, cur poetas Latinos Graecis literis eruditi le-
 gant, philosophos non legant? Simili argumento utuperato-
 ribus Latinae philosophiae respondet. Hoc primū est in quo
 admiror, cur in grauisimis rebus non delectet eos patrius
 sermo, cum idem fabellas Latinas ad uerbū de Graecis ex-
 pressas non inuiti legant: quis enim tam inimicus penē nomi-
 ni Romano est, qui Medeam enni, aut Antiopam Pacuuii
 spernat, aut reuiciat, qui se uide Eupipidis fabulis delectari
 dicat, Latinas oderit? synephebos ego (inquit) potius Ca-
 ciliū, aut Andriam Terentii, quam utranque Menandri le-
 gam: ad quibus tantum dissentio, ut cum Sophocles uel Opti-
 me scripserit Electram, tamen male conuersam Attili mi-
 hi legendam putem, de quo Licinius ferreum scriptorē, ue-
 rum (opinor) scriptorem tamen, ut legēdus sit. Atque (uti-
 nam ne in nemore) nihilominus legimus, quā hoc idē Grae-
 cum: quae autem de bene beatique uiuēdo à Platone dispu-
 tata sunt, haec explicare nō placebit Latine? Trāsit ab alie-
 nis personis ad suum ipsius exemplum, quo magis Varronē
 suum familiarem ad studium philosophiae cohortetur: nar-

lib. I. de
 finibus.

rat enim per gradus ætatis, quos in hoc genere literarum progressus fecerit, & cur ingrauescente ætate se potissimū ad tractandā philosophiam contulerit. cum Philo princeps Academiæ Romanæ uenisset, totum se ei tradidit: erat etiam cū Diodoro Stoico, à quo cum in aliis rebus tum studiosissime in dialectica exercebatur: cūque biennii uersatus esset in causis, Roma profectus, sex menses Athenis cū Antiocho ueteris Academiæ nobilissimo, & prudētissimo philosopho fuit, studiumque philosophiæ nunquam intermissum, à primæque adolescentiæ cultū, & semper auctum hoc rursus summo authore, & doctore renouauit: posteaquam cepit honoribus inseruire, tantum erat philosophiæ loci, quantum supererat amicorum, & Reip. temporis: id autem omne consumebatur in legendo, scribendi ocium non erat. Causas huius senilis exercitationis tres adfert Reip. perturbationem, oblectationem otii, & philosophiæ dignitatē: quas in aliis etiam libris similiter commemorat, cum otio (ait) langueremus, & is esset Reip. status, ut eam unius consilio, atque cura gubernari necesse esset, primū ipsius Reip. causa philosophiam nostris hominibus explicandam putauimus, magni existimans interesse, & ad decus, & ad laudem ciuitatis, res tam graues ac tam præclaras Latinis etiam licetis contineri. Hortata etiam est ut me ad hæc conferrem, ægritudo fortuna magna, & graui commota iniuria, cuius si maiorem aliquam alienationem reperire potuissem, non ad hanc potissimum confugissem: Ego uerò ipsa nulla ratione melius frui potui, quam si me non modo ad legendos libros, sed etiam ad totam philosophiam pertractandam dedissem. Idē, Ac mihi quidē explicandæ philosophiæ causam attulit grauis casus ciuitatis, cū in armis ciuilibus nec tueri meo more Remp. nec nihil agere poteram, nec quid potius quod quidem me dignum esset, agerem, reperiebam. Itaque

Cic. in
Bruto.

Lib. 1. de
natu. deo
rum.

Lib. 2. de
diuinat.

cum orbatus esset muneribus Reip. hæc philosophiæ studia renouare cepit, tum ut animus molestiis potissimum releuaretur, tum ut prodesset ciuibus suis quacunque re posset, tū etiā quod philosophiā celebrāde, & ornandæ sapientiæ honestissimum profugium esse sentiret. nec ipse Cicero suo tantum, sed etiam M. Bruti qui utriusque familiaris erat, exemplum impellit Varronem. hic Brutus cum omni laude uirtutis excelluit, tum sic flagrauit studio & amore sapientiæ, ut unus ex Romanis maxime Græcorum philosophorū consuetudinem, & familiaritatem appetierit: audiuit enim penè omnes, nec ullius secta fuit ignarus: Platonicos tamē mirifice coluit, & ab Academiā noua migravit ad ueterem, permotus autoritate Antiochi Ascaloniæ, cuius erat per studiosus, cuius fratrem Aristum philosophum præditū singulari uirtute non solum sibi beneuolentia deuinxit, sed etiā socium, & familiarem adiunxit. Scripsit ad Ciceronem librum de uirtute, de quo mentio quædam fit libro primo de finibus. his itaque exemplis Varro ad ingrediendam, & suscipiendam eius generis exercitationem inuitatur, concluditurque superioris quæstionis affirmatio, elaborandum esse Latinis scriptoribus, ut philosophiā per eos Latine loquatur, & illustretur.

Plutarch.

Tum ille, Isthuc quidē considerabo, nec vero sine te. Sed de teipso quid est (inquit) quod audio? Quanam, inquam, de re? Relictam à te ueterem iam, inquit, tractari autem nouam. Quid ergo, inquam, Antiocho id magis licuerit nostro familiari remigra-

re in domum veterem è noua, quàm nobis è
 vetere in nouam? Certè enim recentissima
 quæque sunt correctæ & emèdata maxime.
 Quæquam Antiochi magister Philo, ma-
 gnus vir, vt tu existimas ipse, negarit in li-
 bris (quod coràm etiã ex ipso audiebamus)
 duas Academias esse, errorèmq; eorum
 qui ita putarunt, coarguit. Est, inquit, vt di-
 cis. Sed ignorare te non arbitror, quæ contra
 Philonè Antiochus scripserit. Imò vero &
 istam, & totam veterem Academiã aqua
 absumptam diu, renouari à te, nisi molestū
 est, velim. Et simul aspidamus, inquã, si vi-
 detur. Sanè istud quidem, inquit, Sum enim
 admodū infirmus. Sed videamus idè mne
 Attico placeat fieri à me, quod te velle vi-
 deo. Mihi verò, inquit ille, quid est enim,
 quod malim, quàm ex Antiocho iam pridè
 audita recordari? & simul videre, satisne
 ea commode dici possint Latine? quæ quum
 sunt dicta, in conspectu consedimus omnes.

SUPERIORIS questionis disputatio apparatus

santum fuit ad Academicam questionem, ad quam dein-
 cept explicandam officia personarum distinctione quadam
 significantur: Nam Varro veteris Academiae patrocinium
 suscipit, Cicero nouæ, Atticus tertius velut honorarius ar-
 biter adiungitur. Cicero primùm cur ad Academiam nouã
 se transfulerit, satis facit Varroni ex comparatione parium.
 Antiocho licuit è noua Academia migrare in veterem, cur
 nobis è vetere in nouam non licebit: Hic Antiochus uir po-
 litissimus, & acutissimus suæ memoriæ fuit, qui cum Phi-
 lonem tandiu audisset, ut constaret diutius audisse nemi-
 nem, multaque pro nouis Academicis acutissime scripsisset,
 tamen ab his desinuit, & in senectute hos acrius accusauit,
 quàm antea defensitauerat: nunquam autem à Philone di-
 scessit, nisi postea quàm ipse cæpit qui se audirent, habere.
 Vnde autem subito vetus Academia reuocata est? nominis
 dignitatem uidetur cum àre ipsa descisceret, retinere uo-
 luisse: quòd erant qui illud gloriæ causa fecerunt, sperare
 etiam fore, ut ii qui sequerentur, Antiochei uocarentur.
 Superiorem uerò collationem parium corrigit ex sententia
 quorundam philosophorum, quibus placuit non duas, sed
 unicam tantum Academiam esse: E a de re Philo duos libros
 scripserat, quibus unam omnino Academicorum causam,
 & doctrinã esse probabat: sed Antiochus teneri non po-
 tuit, quin contra Philonem doctorem suum librum ederet,
 qui Sosos inscribitur. Atque ut tota inter Academicos con-
 trouersa commodius exponatur, tres doctissimi uiri con-
 sidunt in conspectu, Varro ueteris Academiae laudator, Ci-
 cero nouæ patronus, Atticus auditor.

Cicero in
 Lucul.

Tum Varro ita exorsus est: Socrates
 mihi uidetur, id quod constat inter omnes

primus à rebus occultis, & ab ipsa natura inuolutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerunt, auocauisse philosophiam, & ad vitam communem adduxisse, vt de virtutibus, & vitijs, omninoque de bonis rebus & malis quæreret: cælestia autem, vel procul esse à nostra cognitione censeret: vel, si maxime cognita essent, nihil tamen ab bene viuendum conferre. Hic in omnibus ferè sermonibus, qui ab ip̄s, qui illū audierunt, perscripti variè & copiose sunt, ita disputat, vt nihil affirmet ipse, refellat alios, nihil se scire dicat, nisi id ipsum, eoque præstare cæteris, quod illi, quæ nesciāt, scire se putent, ipse se nihil scire id vnum sciat, ob eamque rem se arbitrari ab Apolline omnium sapiētissimum esse dictum: quod hæc esset vna omnis sapientia, non arbitrari se se scire quod nesciat. Quæ quum diceret cōstanter, & in ea sententia permaneret omnis eius oratio, tum in virtute laudanda, & in hominibus omnibus ad virtutis studium

exhortādus cōsumebatur, vt è Socraticorū libris, maximèq; Platonis intelligi potest. Platonis autē autoritate, qui varius, & multiplex & copiosus fuit, vna & cōsentiēs duobus vocabulis philosophiæ forma instituta est, Academicorum, & Peripateticorum, qui rebus congruentes, nominibus differebant. Nam quum Speusippum sororis filiū, Plato philosophiæ quasi heredē reliquisset, duos autem præstantissimos studio, atque doctrina Xenocratem Chalcedonium, & Aristotelem Stagiritem, qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant in ambulantes in Lycio: illi autem qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum gymnasium, cætus erant, & sermones habere soliti, è loci vocabulo nomen habuerunt. Sed vtrique Platonis vbertate completi, certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, & eam quidem plenam ac refertam: illam autē Socraticā dubitationem de omnibus rebus, & nulla af-

firmatione adhibita, consuetudinem differendi reliquerunt. Ita facta est differendi (quod minime Socrates probabat) ars quadam philosophiæ, & rerum ordo, & descriptio disciplinæ. Quæ quidem erat primò duobus, vt dixi, nominibus vna. Nihil enim inter Peripateticos, & illam veterem Academiam differebat. Abundantia quadam ingenij præstabat, vt mihi videtur quidem, Aristoteles: sed idem fons erat vtrisque, & eadè rerum expetendarum, fugiendarumque partitio. Sed quid ago? inquit, aut sumne sanus, qui hæc vos doceo? Nam etsi non sus Mineruam, vt aiunt, tamen inepte quisquis Mineruam docet. Tum Atticus. Tu verò, inquit, perge Varro. Valde enim amo nostra, atque nostros, meque ista delectant, quum Latine dicuntur, & isto modo. Quid me, inquam? putas, qui philosophiam iam professus sim, populo nostro exhibiturum? Pergamus igitur, inquit, quoniam placet.

PRINCIPIVM huius disputationis sumitur à So-

crate, quem constat non solum Academicorum parentem fuisse, sed etiam reliquorum philosophorum: hic primus à rebus occultis auocauit philosophiam: Nam (ut ait Cicero) ab Tusc. 4.
antiqua philosophia usque ad Socratem, qui Archelaum Anaxagoræ discipulum audierat, numeri, motusque tractabantur, & unde oriuntur omnia, quòque recederet, studiosque ab his siderum magnitudines, interualla, cursus inquirebatur, & cuncta celestia socrates autem primus philosophiã deuocauit è celo, & in urbibus collocauit, & in domos etiã introduxit, & coegit de uita, & moribus, rebusque bonis, & malis querere: cum enim animaduertet rerum naturalium scientiam non magnopere ad bene beatèque uiuendum prodesse, primus philosophiã de moribus induxit, quã Diogenes
cum in officinis, tum in publicis locis proficeretur, admo- lib. 2.
bat ea esse querenda, quæ mores formarent, quæque ad domesticas utilitates necessaria essent. Nam domi (ut ait Horatius) iocundat id est,
id est, Agitur prauumque bonumque. Videtur tamen interdum de physicis differuisse, ut ex Socraticorum libris, maximèque Xenophontis perspicere potest, apud quem de mundo, eiusque partibus, rerumque mirabili usu & ueritate plerumque disputat. Socraticus autem disputandi mos minime arrogans, maximèque cõstans, & ad inuestigandam ueritatem accommodatus fuit: vlato enim & Xenophon, qui præceptoris sui sermones immortalitati consecrauit, sic eum disputantem inducunt, ut nihil affirmet, philosophas quibuscum certamen instituit, modestissimè refellat: cuius instituti rationem ipse reddit: Si ex quo hominum numero sim, quæras, ex his me esse dicam, qui libenter refelli patiar, si quid aut falsum, aut ineptum dixerint: libenter etiam refellant, si quid ab alio nimis uerè dictum fuerit, & quibus non minus reprehendi, quàm reprehendere gratum, iucundumque sit: tanto enim maius bonum esse

In Gorgia
Platonis.

arbitror, quantum maius est maximo liberari malo, quam alios liberare. In Theaeteto autem nihil scire se dicit: Quod obstetricibus, idem quoque mihi accidit: sterilus sum, & sapientia uacuus, & quod multi mihi obiiciunt, quod unquam que in terrogo, respondeo nemini, cum nihil habeam, quod sapienter respondere possim, & ere nimis obiiciunt: cuius rei causa est, quod deus me opere ferre parturientibus iubet, generare prohibuit: quod ubi ne ipse quidem sum: quia in re omnino sapiens, nec ullum ingenii inuentum extat, quod ex me prodierit. Qui uero mecum uersantur, primo quidem uidentur rudes, sed mea consuetudine (si deo propitio fruuntur) mirum in modum proficiunt, ut sibi & alius persuadent, sed tamen eos nihil a me didicisse & accepisse constat, uerum cum multis egregiis dotibus essent instructi, ex se ipsis inuenisse. Hanc ironia socratis Atticus apud ciceronem predicat, facietamque & elegantem indicat. Est enim & minime inepti hominis, & eiusdem etiam faceti, cum de sapientia disceptaret, hanc sibi ipsum detrachere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogat: ut apud Platonem socrates in caelum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, ceteros: se autem omnium rerum inscium fingit & rudem. Deceat hoc nescio quomodo illum: nec Epicuro, qui id reprehedit assentior. Idem Cicero, socrates (ait) de se ipso detrachens in disputatione plus tribuebat his quos uolebat refellere, ita cum aliud agnosceret atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Graeci εἰρωνείαν uocant, quam ait etiam in Aphricano fuisse Fannius, idque propterea uitosum in illo non putandum, quod idem fuerit in Socrate. Haec cum de se ipso tam modeste diceret, Apollinis oraculo sapientissimus omnium iudicatus est. Pythias Apollinis sacerdos Charephonti de socrate percontanti hoc edidit, ut est apud Diogenem Laertium,

ἀνδρῶν ἀπὸ τῶν Σωκράτους σφωδρότατος, id est, ui-

rorum omnium Socrates sapientissimus, quod oraculum in Apologia sua apud Platonem sic interpretaturus, Solus deus uidetur esse sapiens, sed hoc responso significat hominis sapientiam parui aestimandam esse, aut certe pro nihilo habendam: Socratem autem sapientem nominat, quasi eius exemplo usus dixerit hominem sapientissimum esse, qui more socratis uideauerit sapientiam suam pro nihilo esse duendam, quam scientia laudem ac praedicationem cum profusus sibi ipsis derogaret, sermones suos consumebat in hominibus ad uirtutis studium cohortandis: socratem enim (ut ait Cicero) solitum dicere aiunt sibi perfectum opus esse, si quis esset satis concitatus oratione sua ad studium percipiendam cognoscendamque uirtutis: quibus enim id esset persuasum, ut nihil mallent esse esse, quam uiros bonos, his reliquam facilem esse doctrinam. His socraticis monitis pleni sunt Xenophontis Ἐπιμνησθῆναι καὶ ἰσχυροῦ libri, plene Platonis de moribus & uirtutibus disputationes: sed ne infinitam penes copiam exemplorum persequar, locum duntaxat unum ex Clitiphone subiiciam. Clitiphone quidem cum tecum essem saepe numero, socrates, ualde commotus sum, cum te dicentem audirem, mihi que pulcherrime omnium dicere usus es, cum ad homines obiurgandos uelut è tragica machina deus aliquis repente exclamares: Quo praecipites ruitis homines? nescitis quo nos rapiat impetus? nec quicquam quod deceat agitis, qui in cogendis opibus penitus estis occupati, liberorum autem quibus haec copiantur, curam habetis nullam: nec ut eis iuste uti discant, iustitiae praceptoribus comendatis, qui iustitiam doceant, si modo doceri possint, & diligenter exercent, siquidem assiduitate exercitationis coparada sit. Addis etiam eos qui corpus quidem exerceat, animum uero negligunt, illam partem qua suapte natura paret, colere, hanc qua imperat, spernere. Item unicuique usum eius rei qua nouit uti, professe: ut si quis oculis, auribus toto cor-

lib. I. de
Oratore.

In Bruto.

In Luculo.

pore uti nesciat, satius ei sit non uidere, aut audire, aut alio quouis modo corpore non uti, quam uti: eademque ratio sit in artibus: ut si quis sua lyra nesciat uti, neque aliena lyra utetur: idemque ualeat in ceteris instrumentis & artibus: atque huc dicendo peruenis, ut concludas, qui animo nescit uti, huic satius esse, ut animus agat ocium, quam ut uiuat, & sui irris in agendo sit. his tuis sermonibus & aliis multis, quae uirtutem doceri posse confirmant, nunquam sum aduer satus: eos enim peruitiles esse & ad homines cohortandos, & quasi somno excitandos plurimum conferre arbitror. socrates summus philosophus multos habuit discipulos, sed imprimis Platonem sapientiae patrimonio auxit: Plato Academicos & Peripateticos haeredes suae doctrinae reliquit: qui ex eadem familia uelut cognati, dissimilitudine rationum nominis differabant: nam qui post obitum Platonis in Academia schola suburbana Athenis docuerunt, Academici sunt appellati, ut Speusippus Platonis ex Potona sorore nepos, qui octo annos Academiae praefuit: ut Xenocrates Agathenoris filius, oriundus Calcedone Thraciae oppido: ut Polemo, crates, Crantor, & multi alii. Qui uero in Lycio (sic enim Aristotelis scholam, in qua quatuordecim annos docuit, uocabant) Aristotelem audierunt, dicti τῶν περὶ τὸν ἄλκυον, id est, deambulando Peripatetici ex euentu dicti sunt. Aristoteles (authore I. aertio) cum a Macedonia legatus redisset, elegisse dicitur in Lycio περὶ τὸν ἄλκυον, ubi usque ad fractionem & motionem deambulando cum suis discipulis philosophari solitus est. Inter hos autem & illos diuersa ratio nominis erat, cum doctrina profusus esset eadem nec tamen, ut utrique Academici & Peripatetici, ornatam & elegantem doctrinam, sic Socraticam ac uere modestam consuetudinem Platonis in philosophando retinuerunt: Platonis enim libri Socraticam dubitationem de omnibus rebus nulla adhibita affirmatione

continent, Aristoteles, Theophrastus, ceteri Peripatetici, & Academici libris suis descripserunt uelut ueloxes δόξας, id est, ratas & immutabili necessitate definitas sententias, quas eorum sectatores sine ulla dubitatione sequebantur. Haec tamen Academicorum descriptionem ex causis, & adiunctis adumbratam tenemus. Hoc loco uero reuocatione sui ipsius, & correctione simulat, ne uideatur ineptus, id quod adiectione ueteris procerbii declarat vsq̄ τῷ Ἀθῶναι, susmineruam, quod in eos transferri potest, qui cum inepti sint, aut indocti, docere tamen eos cupiunt, a quibus potius docendi sunt: cuius simile exemplum est in Oratoris Ciceronis libris, Loquar (ait Caesar) ego de facietis, & docebo, sus (ut aunt) oratore, quem cum Catulus nuper audisset, facerunt alios aiebat esse oportere.

Fuit ergo iam à Platone accepta philosophandi ratio triplex. Una, de uita & moribus: altera, de natura, & rebus occultis: tertia, de differendo, & quid uerum, & quid falsum, quid rectum in oratione prauum uel, quid consentiens, quid repugnet iudicando. Ac primam partem illam bene uiuendi à natura petebant, eique parendum esse dicebant, neque ulla alia in re, nisi in natura, querendum esse illud summum bonum, quo omnia referrentur. Constituebantque extremum esse rerum expetendarum, & sine bo

norum, adeptum esse omnia è natura, & a-
 nimo, & corpore, & vita. Corporis autem
 alia ponebant esse in toto, alia in partibus.
 Valetudinem, vires, pulchritudinem in to-
 to: in partibus autè sensus integros, & præ-
 stantiam aliquam partium singularem, vt
 in pedibus celeritatem, vim in manibus, cla-
 ritatem in voce, in lingua etiam explanatã
 vocum expressionem. Animi autem quæ es-
 sent ad comprehendendam ingenij virtutè
 idonea, eaque ab ijs in naturam, & mores
 diuidebantur. Nature celeritatem ad di-
 scendum, & memoriam dabant, quorum
 vtrunque mentis esset proprium, & ingenij,
 morum autè putabant studia esse, & qua-
 si consuetudinem, quam partim exercita-
 tionis assiduitate, partim ratione forma-
 bant. in quibus erat philosophia ipsa. In
 qua quod inchoatum est, neque perfectum,
 progressio quadam ad virtutem appellatur:
 quod autem absolutum, id est virtus, quasi
 perfectio nature, omniumque rerum, quas

in animis ponunt, vna res optima. ergo hæc
 animorum. Vite autem (id enim erat ter-
 tium) adiuncta esse dicebant, quæ ad vir-
 tutis vsum valerent. Iam virtus animi bonis
 & corporis cernitur in quibusdam, quæ nõ
 tam natura, quàm beate vite adiuncta
 sunt. Hominem esse censebant, quasi par-
 tem quandam ciuitatis & vniuersi gene-
 ris humani, eumque esse coniunctum cum
 hominibus humana quadam societate.

Ac de summo quidem, atque naturali bo-
 no, sic agunt: cetera autem pertinere ad id
 putant, aut ad agendum, aut ad tuendum,
 vt diuitias, vt opes, vt gloriam, vt gratiam.
 Ita tripartita ab ijs inducitur ratio bonorũ.
 Atque hæc illa sunt tria genera, quæ pu-
 tant plerique Peripateticos dicere: id qui-
 dem nõ falso. Est enim hæc partitio illorum:
 illud imprudenter, si alios esse Academi-
 cos, qui tum appellarentur: alios Peripateti-
 cos arbitrantur. Communis hæc ratio, &
 vtrisque hic bonorum finis videbatur, adi-

ipsi qua essent in prima natura, quæque ipsa per sese expetenda, aut omnia, aut maxima. Ea sunt autem maxima, quæ in ipso animo, atque in ipsa virtute versantur. Itaque omnis illa antiqua philosophia sensit in vna virtute esse positam beatam vitam: nec tamen beatissimam, nisi adiungerentur, & corporis, & cætera, quæ supra dicta sint, ad virtutis usum idonea. Ex hac descriptione, agendi quoque aliquid in vita, & officij ipsius initium reperiebatur, quod erat in conseruatione earum rerum, quas natura præscriberet. Hinc gignebatur fuga desidia, voluptatumque contemptio: ex quo laborum, dolorumque susceptio multorum, magnorumque recti honestique causa, & earum rerum, quæ erant congruentes cum descriptione natura. Vnde & amicitia existerbat, & iustitia, atque æquitas. Hæc & voluptatibus, & multis vitæ commodis anteponebantur. Hæc quidem fuit apud eos morum institutio, & eius artis, quam pri-

mam posui, forma atque descriptio.

PHILOSOPHIAE tripartita diuisio propterea Platoni attribuitur, quod dialogos scripsit partim morales, ut Alcibiadem, Menonem, Lachetem, Charmidem, libros de Republica & legibus: partim naturales, ut Timæum: partim dialecticos, ut Politicum, Parmenidem, sophistam: qua partitione, quauis non omnem philosophandi materiam complectente, Peripatetici tamen & Academici, & stoici contenti fuerunt. Nam cum uideret (ait Cicero) nos ita esse natos, ut & communiter ad uirtutes apti essemus, quæ nota illis tresque sunt, iustitiam dico, temperantiam, cæterasque generis eiusdem, quæ omnes similes artium reliquarum materia tantum ad meliorem partem, & tractatione differret, easque uirtutes uideret nos magis facilius appetere & ardentius, habere etiã insitam quandam uel potius innatam cupiditatem scientiæ, natosque esse ad congregationem hominum, & ad societatem, communitatemque generis humani, eaque in maximis ingenii maxime illucere, totam philosophiam tres in partes diuiserunt: quã partitionem à Zenone retentam esse uidemus. Ac prima philosophiæ pars, quæ est de uita & moribus, docet quid sit summum hominis bonum, quod referantur omnia, quæ sunt ad beatam uitam necessaria: ut enim in uita & factis, sic in doctrina bene uiuendi propositum aliquid esse oportet, cuius gratia ut facièda, sic docenda atque explicanda sint omnia. summum itaque bonum definitione, & partitione declaratur: quæ duo præcipua sunt in explicandis artium institutis instrumenta. Quod autem Græci Τέλϰ nominant, Cicero summum bonorum, & ultimũ, & extremũ, & finẽ dicit: interdu beatitatẽ & beatitudinẽ: sepe etiã beatã uitam: his enim nominibus cum eadẽ notio sub-

Lib. 4. de finib.

Lib. 1. 3. de finib.
Lib. 1. de nat. deo.

Lib. 4. de
finib.

iecta sit, promiscue & indifferenter utitur. paucis autem hoc loco finem bonorū ex Academicorum sententia definit, adeptum esse ea, quæ sunt secundum naturam: quem pluribus uerbis in disputatione de finibus explanat, sed unum duntaxat locum ascribam. Sumus, inquit, homines, ex animo constamus & corpore, quæ sunt eiusdem modi, nõsque oportet, ut prima naturalis appetitio postulat hæc deligere constitueretque ex his finem illum summi boni atque ultimi, quem, si prima illa uera sunt, ita constitui necesse est, scilicet earum rerum, quæ sunt secundum naturam, quam plurima, & quam maxima adipisci. Hunc igitur finem tenuerunt, quodque ego pluribus uerbis, illi breuius secundum naturam uiuere. Partitio autem beate uitæ, quæ secundo loco adhibetur, ex causis efficientibus constat, quæ sunt bona corporis, animi & fortuna, eaque nobis ab Aristotelis autoritate repetenda est: In actione uirtutis (ait) beatam uitam esse putamus: sed tamē bonis externis indiget: uix enim potest ac ne uix quidem res magnas & honestas agere is, cui nullæ opes, nullæ suppetunt copiæ: cū pleræque uel amicorū studio, uel diuitiis, uel publica autoritate, non secus atque instrumētis efficiantur: etsi non nulla defuerint hominibus, ut nobilitas, liberi, pulchritudo, magnam labem uitæ soleant aspergere: neque enim plane beatus est qui in deformitate corporis aut ignobilitate generis aut solitudine, & orbitate liberorum uitam degit: ac minus etiam fortasse beatus, cui liberi sint scelerati ac perditii, aut cuius amici uiri boni ex hac uita migrarint: quare ad bene beatæque uiuendum fortune commoda necessaria uidentur esse: ideoque permulti facile sunt adducti, ut ex his alii beatam uitam prosperam fortunam, alii uirtutem esse crederēt. Hæc Aristoteles de causis beatam uitam efficientibus, quarum primum genus ad commoda corporis pertinet idque duas

cap. 8. li.
1. de mor.

in partes diuiditur, ex bonis enim corporis quædā sunt uersa, quædā propria partium singulariū. Ex illis est bona ualctudo, quæ in optimo totius corporis statu cernitur: & pulchritudo, quæ fit ex apta figura membrorū cum coloris quadam suauitate, cum inter se omnes partes lepore quodā consentiunt: & robur, quod in neruorum firmitate & constantia consistit, unde bellicæ fortitudinis laudes plerumque ducuntur. Quæ propria sunt singularum partium, aliquod similiter pondus afferunt beate uitæ, ut in sensibus integritas, cum omnes sani ualentēque sunt: in pedibus celeritas, qualis olim in stadiodromis laudabatur: in manibus ad cōprehendendum uis, quæ in Milone Crotonate plurimū ualuisse dicitur: in uoce claritas, cum ea perspicue percipitur auribus: in lingua explanata uocum impressio, cū ea sonos uocis distinctos & pressos efficit: in his omnibus Academicus putant aliquam uim inesse ad beate uiuendū, & si quid in corpore peccatum fuerit aut morbo, aut distortionē & deprauationē aliquā aut motu statūque deformi, aut imbecillitate partium non esse omnibus numeris absolutum felicitem, in quo tale uitū reperitur: nec tamen eiusmodi bona eātam autoritatem habere, ut cū animi uirtutibus quæ præcipuam uim habent ad constituendum summum bonum comparanda sint, de quibus nobis deinceps dicendum est principio a definitione uirtutis sumpto, quæ recta mentis affectio nominatur eius actiones præclaras & laudabiles efficiens: uirtutis autem genera duo ueteres philosophi notauerunt, unum naturale & ingeneratum, alterum morale & uolūtarium. Animi (inquit Cicero) plures sunt uirtutes, sed duo genera prima: unum earū quæ ingenerantur, suapte natura, appellantur que non uoluntarie: alterū earū, quæ in uolūtate posita magis proprio nomine appellari solēt, quarum est excellens in animorum laude præstantia. Prioris ge

Lib. 5. de
finibus.

neris est docilitas, & memoria quæ ferè omnia appellatur uno ingenii nomine, eadque uirtutes, qui habet, ingeniosi uocantur. Alterum autè genus est magnarum, uerarumque uirtutum, quas uoluntarias appellamus, ut prudentiam: fortitudinem, temperatiam, iustitiam, & reliquas eiusdem generis. hoc autem secùdum genus Peripatetici bisariam diuidunt, ut quædam uirtutes sint actionis: ut fortitudo, liberalitas, magnificèntia, mansuetudo animi, modestia, temperatìa, comitas, ueritas, affabilitas, iustitia, quædam sunt cognitionis: ut intelligentia, cièntia, sapièntia, ars, & prudètia, & in utrisque tum diuèdes u, tum èxiu considerant. nam cum quis in rectis animi studiis sese exercet, idque facere perseverat hæc affectio, & progressio diuèdes is: cum uerò natura, arte, & exercitatione multa cõfirmatus est, tum èxiu, siue habitus, efficitur uirtus: quæ nihil aliud est, nisi perfectæ & ad extremum consummata natura. Atque ita de duabus causis, quæ principes sunt ad beatam uitam, differunt bonis corporis, & bonis animi: quibus tertiam causam adiuantem adiungunt prosperam fortunam: ut opes, diuitias, gloriam, potentiam, nobilitatem, gratiam, quæ ex populari hominum opinione ad finem bonorum referri solent: tantum enim fortuna uulgus tribuit, ut eam nõ solum in bonis & rebus expetendis numeret, sed etiam reginam bonorum, uel potius deam quandam constituat. Quamobrem omnis illa antiqua philosophia sensit in una uirtute positam esse beatam uitam, quam definit Aristoteles actionem perfectæ uirtutis & in uita perfectæ: nec tamen beatissimam, nisi reliqua duo bonorum genera adiungantur, quæ sunt partim instrumenta, partim ornamenta uirtutis. nam ut ait Virgilius, Gratiore pulchro ueniens in corpore uirtus Adiuuat.

Illam igitur complent uitam beatissimam: sed ita, ut sine il-

cap. 8.
lib. I.

lis possit beata uita existere. sunt enim accessiones quædam, & causæ adiuantæ extrinsecus assumptæ, quæ si adsint, clariorem & illustriorem laudem uirtutis efficiunt, sin autem absint, non propterea uirtutis authoritatem deprimunt, sed tamen quia sunt secundum naturam, sine illis summum bonum undique perfectum & absolutum esse non potest: quod ita definitur à ueteribus philosophis, ut sit secretis omnibus malis cumulata omnium, aut quamplurimum bonorum complexio. E se autem gradus felicitatis Aristoteles existimat, cum ait uirtutem, si ab aliis bonis seiungatur, anteponendam quidem esse omnibus, sin coniungatur, pluris esse cum minimo bono coniunctam, quam separatim: ut quod plura quis habeat, quæ in copore magni aestimantur, eo sit beator: sic enim disputat, commodis corporis & fortunæ nõ modo uirum bonum adiuari, sed etiã illustriorem & splendidiorem apud suos effici. Ex hac descriptione summi boni certa genera officiorum nascuntur, fuga desidia, uoluptatisque coreptio. est enim ut desidia, sic uoluptas contra naturam hominis: & ut naturalis animi magnitudo in periculis, & laboribus, sic temperatìa in prætermittendis uoluptatibus cernitur. hinc etiam charitas generis humani, iustitiæque omnis manauit, cæteraque uirtutes: quæ maxime sunt congruentes cum descriptione naturæ. In summa quatuor fontes officiorum demonstrantur, aut enim honestum in perspicientia ueri, solertiæque uersatur: aut in hominum societate tuenda, tribuendoque suum cuique, & rerum contractarum fide: aut in animi excellentis, atque inuicti magnitudine, ac robore: aut omnium quæ sunt, quæque dicuntur, ordine & modo, in quo inest modestia, & temperantia. Atque hæc Academicorum & Peripateticorum communis institutio de moribus fuit.

De natura autem (id enim sequebatur) ita dicebant, ut eam diuiderent in res duas: ut altera esset efficiens, altera autem quasi huic se præbens, eaque efficeretur aliquid. In eo, quod efficeret, vim esse censebant: in eo autem quod efficeretur, materiam quandam: in utroque tamen utrunque. Neque enim materiam ipsam coherere potuisse, si nulla vi contineretur, neque vim sine aliqua materia. Nihil est enim quod non alicubi esse cogatur. Sed quod ex utroque, id iam corpus, & quasi qualitatem quandam nominabant. Dabitur enim profecto, ut in rebus inusitatis, quod Græci ipsi faciunt, à quibus hæc iam diu tractantur, utamur verbis interdum inauditis. Nos verò, inquit Atticus. Quin etiam Græcis licebit utare, quum voles, si te Latina fortè deficient. Bene sanè facis: sed enitar, ut Latine loquar, nisi in huiusmodi verbis, ut philosophiam, aut rhetoricam, aut physicam, ut dialecticam appellem, quibus, ut alijs multis, consuetudo iam utitur pro La

tinis. Qualitates igitur appellavi, quas ποσότητες Græci vocant: quod ipsum apud Græcos non est vulgi verbum, sed philosophorum, atque id in multis. Dialecticorum quoque verba nulla sunt publica: suis utuntur. Et id quoque commune omnium ferè est artium. Aut enim noua sunt rerum nouarum faciendæ nomina, aut ex alijs transferenda. Quod si Græci faciunt, qui in ijs rebus tot iam secula versantur, quanto id magis nobis cõcedendum est, qui hæc nunc primum tractare conamur? Tu verò, inquã, Varro bene etiam meriturus mihi videris de tuis ciuibus, si eos non modo copia rerum auxeris, ut effecisti, sed etiam verborum. Audebimus ergo, inquit, nouis verbis uti te autore, si necesse est. Earum igitur qualitatum sunt aliæ principes, aliæ ex ijs ortæ. Principes sunt vnius modi, & simplices. Ex ijs autem ortæ variæ sunt, & quasi multiformes. Itaq; aer quoque (utimur enim pro Latino) ignis, & aqua, & terra, prima sunt. Ex ijs autem ortæ animantium

formæ, earumque rerū, quæ gignuntur è terra. Ergo illa initia, & ut è Græco vertam, Elementa dicuntur: è quibus aer, & ignis mouendi vim habent, & efficiendi: reliquæ partes accipiendi, & quasi patiendi, aquam dico, & terram. Quintum genus, è quo essent astra, mentisque singulares, eorumque quatuor, quæ supra dixi, dissimile Aristoteles quoddam esse rebatur. Sed subiectam putant omnibus sine vlla specie, atque carente omni illa qualitate (faciamus enim tractando vsitatus hoc verbum, & tritius) materiam quandam, ex qua omnia expressa, atque effecta sint, quæ tota omnia accipere possint, omnibusque modis mutare, atque ex omni parte, eoque etiam interire nõ in nihilũ, sed in suas partes, quæ infinite secari, atque diuidi possint, quum sit nihil omnino in rerum natura minimũ, quod diuidi nequeat. Quæ autem moueantur, omnia interuallis moueri: quæ interualla item infinite diuidi possint. Et quum ita moueatur illa vis, quam

qualitatem esse dicimus, & quum sic vltro citroque versetur, & materiam ipsam totã penitus cõmutari putant, & ita effici quæ appellant qualia, è quibus in omni natura coherente, & continuata cum omnibus suis partibus effectum esse mūdum, extra quem nulla pars materiæ sit, nullumque corpus. Parteis autem esse mundi omnia, quæ insint in eo, quæ natura sentiẽte teneãtur, in qua ratio perfecta insit, quæ sit eadem sempiterna. Nihil enim valentius esse à quo intereat. Quam vim animũ dicunt esse mundi, eandemque esse mentem, sapientiãque perfectam, quem Deum appellant, omniumque rerum, quæ sunt ei subiecta, quasi prudentiã quandam procurantem cœlestia maxime, deinde in terris ea quæ pertinent ad homines: quam interdum eandem necessitatem appellant, quia nihil aliter possit, atque ab ea constitutum sit, inter quasi fatalem & immutabilem continuationem ordinis sempiterni. Nonnunquam quidẽ eandem for-

tunam, quòd afficiat multa improvisa hæc
nec opinata nobis, propter obscuritatem igno-
rationemque causarum.

TRANSIT Varro à philosophia morali ad explica-
tionem naturæ, quam alii esse cęsent uim quãdam sine ratio-
nentem motus in corporibus necessarius: alii uim parti-
cipem rationis, atque ordinis tanquam uia progredientem,
declarantemque quid cuiusque rei causa efficiat, quid se qua-
tur: cuius solertia nulla ars, nulla manus, nemo artifex con-
sequi possit imitando. sunt autē qui omnia naturæ nomine
appellant, ut Epicurus. Hanc uim quæ per se motus efficit,
Academici duas in species disperserunt, materiam, ex qua, &
formã, per quam res omnes gignuntur & fiunt: è quibus il-
la partiendi, hæc efficiendi uim in se continet: nam cū mate-
ria uagatur, à formis cohibetur: cum iners, impellitur: cū ru-
dis, informatur. sed quod ex utroque constat, id iam natu-
rale corpus est: Græcis $\tau\omicron\lambda\omicron\varsigma$ appellatur, Latine qualitas
redditur: sed quia uocabulū hac in re nouum, & inauditum
est, ad excusationē huius notitatis Varro digressiunculam
interposuit, in qua disputat his, qui res nouas tractant, esse
concedendū, ut aliquādo uocabulis inusitatis utantur: cuius-
modi libertatis ueniã Cicero etiam sibi dari postulat. Quod
quidem (ait) nemo medicriter doctus mirabitur, cogitans
in omni arte, cuius usus uulgaris communisque non sit, mul-
tam nouitatem nominum esse, cum construantur earū rerum
uocabula, quæ in quaque arte uersentur. itaque & diale-
ctici, & phisici, uerbis utuntur his, quæ ipsi scientiæ nota
sunt: Geometræ uerò, Musici, Grammatici etiam, more quo-
dam loquuntur suo. item ipse Rhetorum artes, quæ sunt to-
tae forenses, atque populares, uerbis tamen in dicendo quasi

cic. li. 2.
de nat.
deor.

lib. 3. de
finib.

priuatis utuntur ac suis. Idque argumentum comparatione
minorum concludit. Quod si in ea lingua, quam plerique u-
beriores putant, concessam à Græcia est, ut doctissimi homi-
nes de rebus non peruulgatis, inusitatis uerbis uterentur,
quāto id uel nobis magis est cōcedendum, qui ea nunc pri-
mū audemus attingere? duos autem modos statuit nouan-
dorum nominum, unum fingendi quod non fuerat, alterum
ex alia lingua transferendi. De primo Horatius,
In uerbis etiam tenuis, cautisque serendis,
Dixeris egregie, notum si callida uerbum
Reddidit iunctura nouum: si forte necesse est,
Indiciis monstrare recentibus abdita rerum:
Fingere cinctus non exaudiat Cethegis,
Continger, dabitur que licentia sumpta pudenter.

Huiusmodi sunt illa à Cicerone nouata, beatitas & bea-
tudo: quæ dura quidem sentit esse, ueruntamen usu putat
posse molliri. & auorem & urbanū noua credit (ait Fabius) Lib. 8.
nam in epistola ad Brutū, Eum (inquit) auorem, & (ut hoc cap. 3.
uermo utar) fauorem in conciliū aduocabo. Et ad Appium
pulchrum, Te hominem non solum sapientem, uerum etiam
(ut nunc loquitur) urbanū. De secundo modo idem Horat.
Et noua fictaque nuper habebunt uerba fidem, si
græco fonte cadant parce detorra. quid autem
Cacilio, Plautoque dabit Romanus, ademptum
Virgilio, Varioque? ego cur acquirere pauca
si possum, inuideor? cum lingua Catonis, & Enni
Sermonem patrum ditauerit, & noua rerum
N omnia protulerit? licuit semperque licebit
Signatum præfente nota producere nomen.

Quintilianus cum uerba in Latina & peregrina diui-
dit, plurima ex omnibus penē gentibus in linguam Latinã cap. 10.
uenisse testis est, Tacito, ait, de Thyscis, & sabinis, & Præ

In arte
poetica.

Lib. 1. de
nat. deor.

neſtinis quoque: nam ut eorum ſermone utentem Veſtium Lucilius inſectatur: quemadmodum Pollio deprehendit in Liviſio Patavinitate: licet omnia Italica pro Romanis habeant, plurima Gallica ualuerunt, ut Rheda, & Petoritum, quorum altero Cicero tamen, altero Horatius utitur: & mappam quoque uſitatum cetero nomen pœni ſibi uē dicant: & gurdos, quos pro ſtolidis accipit uulguſ, ex Hiſpania duxiſſe originem audiui: ſed hæc diuiſio mea, ad Græcum ſermone præcipuē pertinet: nam & maxima ex parte Romanus inde conuerſus eſt. Vt igitur ad inſtitutum reuerſatur oratio, quas πῶντωντοξ Græci uocant, liceat qualitates Latinis appellare, & res naturales: his enim promiſcūe uti poſſumus: quæ ſic ab antiquis diſtinguntur, ut alie principes ſint, alie de principibus ortæ. Principes à Latinis dicuntur elementa, ſiue principia, ſiue initia, ſiue ſimplices natura, ignis, aer, aqua, terra: ex quibus due primæ, ſi cum reliquis duabus comparētur, efficientes uideri poſſunt: propterea quod calor, quem ignis, & humor, quem aer proprie & natur aliter ſibi uendicat, efficientiam quandam in ſe continent naturalem: reliquæ uerò due, aquam dico & terrā, quaſi patientes ſunt: quod ſiccitas & frigus, quæ terræ & aquæ attribuantur, tardam, aut nullā propemodum uim habent, nec niſi uel à calore ad ſuos motus excitari, uel ab humore cohiberi & quaſi informari poſſe uidentur. de quibus ſuperioribus ſic Quidius ait,

Quippe ubi temperiem ſumpſere humor que calor que, concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus: cum que ſit ignis aquæ pugnax, uapor humidus omnes Res creat, & diſcors concordia fœtibus apta eſt.

his quatuor ſimplicibus naturis quintam adiungendam eſſe Ariſtoteles ex adiunctis motionibus diſputat. nam cum ſic ſtatuat, ſimplices motus naturis ſimplicibus cōgruere, eos

autem qui in gyrum & in orbem ſunt, à quatuor illis ſuperioribus elementis alienos eſſe, quæ rectis lineis, uel ſua leuitate ſurſum, uel ſuo pte nutu & ponderere deorſum mouētur, cenſuit eſſe quintam ſimplicem naturam, ad quam proprie motus ille ſimplex pertineret: unde (ut ait Cicero) eſſent aſtra, mentes que ſingulares: cogitare enim & providere, & diſcere, & docere, & inuenire aliquid, & tam multa meminifſe, amare, odiſſe, timere, letari, angī: hæc & familia eorum, in horum quatuor generum nullo in eſſe putat. Quintum genus adhibet uacans nomine, & ſic ipſum animum αἴθερα λέγει appellat nouo nomine, quaſi quandam continuatam motionem & perennem. idem alio loco, Si ab Ariſtotele inducta eſt quinta natura, primū hæc & deorum eſt, & animorum: animorum enim in terris origo nulla inueniri poteſt, nihil eſt in animis mixtum atque concretū, aut quod ex terra natum atque fictum eſſe uideatur. Nihil ne aut humidum quidem, aut ſabile, aut igneum. His enim in naturis nihil in eſt, quod uim memoria, mentis, cogitationis habeat, quod & præterita teneat, & futura provideat, & completi poſſit præſentia, quæ ſola diuina ſunt: nec inuenietur unquam unde ad hominem uenire poſſint, niſi à Deo. Singularis igitur eſt quedam natura atque uis animi, ſeiuncta ab his uſitatis noſiſque naturis.

Hactenus de elementis: qualitates ex his ortas deinceps uideamus, quæ uariæ multiformeſque ſunt: ſed earum duo prima genera: nam aut inanima ſunt: ut nubes, pluuia, grādo, cæteræ que res eiſmodi, quæ in aere gignuntur: aut animata, quæ tripartito diſtingui ſolent: aut enim uiuunt tantum, ut ſtirpes, arbores, plantæ: aut uita ſenſu que prædita ſunt, ut aues in aere, piſces in aquis, uariæ ſpecies beſtiarum in terris: aut uita, ſenſus, rationiſque ſimul compotes ſunt: ut homines, ad quorum uſus & commoditates cætera quæ

D. iiii.

Tuſcul. i.

prius diximus genita ac procreata sunt. Ac de prima materia sic Academici disputant, ut eam subiectam rebus omnibus esse putent, sine ulla specie, atque carente omni qualitate, id est, per se non formarum modo, sed etiam caloris, & coloris, aliarumque qualitatum, quæ sensus afficiunt, experitem. Quæ de re Plato ut subtiliter, sic clarè & perspicuè philosophatus est. Tria (ait) genera constituere licet, unum quod gignitur, alterum in quo gignitur, tertium à quo similitudinem trahit, quod nascitur: idcirco sic aptè comparabuntur: quod recipit, matri: unde recipit, patri, natura horum media, foetui. Sed animadvertendum est, cum debeat esse rerum effigies, omnium formarum uarietate distincta, nunquam illud generacionis gremium bene præparatum iri, nisi sit informe, & suapte natura formis omnibus, quas potest capere, careat. Nam si erit alicuius eorum, quæ in se recipit simile, cum contrariam eius, cuius est simile, naturam, aut aliam prorsus suscipiet, nequaquam eius similitudinem & effigiem exprimet, cum præ se tulerit suam. Quo fit ut nulli sibi propriam habeat speciem, quod omnia rerum genera capere debeat: ut qui unguenta suauis odore confecturi sunt, humidam materiam, quam certo odore condire uolunt, ita præparant, ut nullum proprium odorem retineat: & qui in re molli figuram aliquam imprimere uolunt, nullam omnino priorem figuram in ea uideri patiuntur, sed accurata leuigatione poliunt: sic illud quod passim in omnibus æternorum omnium simulachris rectè figurandum est, his omnibus formis suapte natura carere necesse est. Quamobrem huius uniuersi quod genitum, & sensibus subiectum est, matrem & receptaculum neque terræ, neque aeris, neque ignis neque aquæ esse dicamus, neque rursus aliquid ex his factum, sed speciem potius quædam sensus fugientem, & informem sinum omnium rerum capacem, qui ambigua quadam ratione, & quæ uix dici

In Timæo

queat, diuina, & solo animo comprehendenda natura sit particeps. Hæc Plato. unde constat materiam posse omnia accipere, omnibusque modis mutari. Est enim (ut ait Aristoteles) appetentissima formarum, neque tamen in nihilum redigi, sed in suas partes, quæ dimensionibus præditæ infinitè diuidi possunt: nec id mirum cuiquam uideri debet: quanuis enim in omni magnitudine sit aliquid actu minimum, quo nihil sit minus: potest tamen ipsum in alias minores partes diuidi. Quæ autem moueantur, omnia interuallis moueri, id est, spaciis uel locorum, uel temporum: locus autem & tempus ratione magnitudinis infinitam diuisionem capiunt, ut docet Aristoteles in Physicis. Quæ autem natura constant, quoniam fatali quadam necessitate mutabilia sunt, propter inconstantiam formarum uariis modis afficiuntur: & pro sua quæque uirtute & facultate materiam commutant: unde existunt tam uariæ rerum uicissitudines, ut non modo quæ genita sunt, necessarîo intereant, sed pro uariis momentis ulro citroque uersentur, nec diutius in eodem statu permanere possint. Quæ dicuntur de compositione & anima mundi, à Platone principe Academicorum accepta sunt. De fabrica enim & constructione mundi sic ait, cum solitas mundo quæreretur, solida autem omnia uno medio nūquam, duobus semper copulentur, ita contigit, ut inter ignem & terram, aquam Deus aeremque poneret: eaque inter se compararet, & proportionem quadam coniungeret: ut quæ admodum ignis aeris aeris aquæ, quodque aer aquæ, id aqua terre proportionem redderet: quæ ex coniunctione calum ita aptum est, ut sub aspectum & tactum cadat: itaque & ob eam causam & ab iis rebus numero quatuor, mundi est corpus effectum, ea constructum proportionem, quam dixi, ex quo ipse se concordiam quadam amicitia & charitate completitur, atque ita aptè coheret, ut dissolui nullo modo queat,

Lib. 1.

Physic.

Lib. 3.

Physic.

In Timæo

nisi ab eodē a quo est colligatus. earum autē quatuor rerum,
 quas supra dixi, sic in omni mūdo omnes partes collocatæ
 sunt, ut nulla pars huiusce generis excederet extra, atque
 in hoc uniuerso inessent genera illa uniuersa. id ob eas cau-
 sas, primum, ut mundus animans possit ex perfectis parti-
 bus esse perfectus: deinde ut unus esset, nulla parte unde al
 tera gigneretur relicta: postremò ne quis morbus cum pos-
 sit aut senectus affligere. omnis enim coagmentatio corporis
 uel calore, uel frigore, uel aliqua impulsione uehementi la-
 besactatur, & frangitur, & ad morbos senectutemque cō-
 pellitur. Hanc igitur habuit rationem effector mundi, moli-
 torque Deus, ut unum opus totum atque perfectum ex omni-
 bus totis atque perfectis absolueret, quod omni morbo se-
 niōque careret. His uerbis Plato docet ex omnibus naturis
 mirabili proportionē inter se coherentibus conflatum, suā-
 que magnitudine omnia cōplexum esse mundum: quem etiā
 eodem loco definit animal rationis, & intelligentiæ par-
 ticeps, uel uera diuina prudentia constitutum: ueruntamen
 animum mundi non deum (ut nunc uero) nominat, sed a
 deo creatum esse uult. multis autem nominibus rationem in
 mundo perfectam sempiternāque ueteres philosophi si-
 gnificabāt: ab iis enim animus mundi dicebatur, per quem
 mundus ipse spirat, sentit, intelligit, ratiocinatur: & mens,
 sapientiāque perfecta, quod omnia consilio & ratione gu-
 bernet: & θεός, id est, Deus ἀπὸ τοῦ θεῶν, id est, à perpe-
 tua motione, ut socrates in Cratillo docet: & Φύσις, id est,
 natura, quod omnia gignat, quorum nominum rationē uer-
 sibus his Virgilius inclisit,

Principio cælum, & terras, camposque liquentes,
 Lucentemque globum Luce, Titaniamque astra
 Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
 Mens agit at molem, & magno se corpore miscet:

Inde hominum, pecudūque genus, uitæque uolantum:
 Et quæ marmoreo fert monstras sub æquora pontus:
 Igneus est ollis uigor, & caelestis orgo Semimbus.

Eandem mundi mentem Πρωτοκλυ: id est, prouidentiam
 appellat, quod omnibus rebus prouideat: & εἰμαρμένυμ:
 id est, fatalem necessitatem, quod diuina decreta mutari nō
 possunt. unde illud,
 Desine fata deūm flecti sperare precando: & Τύχην, id
 est fortunam, ex hominibus errore, qui existimant, quod oc-
 cultis, & ignorantis causis factum sit, a deo factum esse: quæ
 opinio occultam rerum fortuitarum uim apud ueteres in di-
 uorum numero cætiq; collocauit: toto quippe mundo, (ait
 Plinius) & locis omnibus, omnibusque horis, omnium uoci
 bus, fortuna sola inuocatur: & una nominatur: una accu-
 satur: una agitur rea: una cogitatur: sola laudatur: sola ar-
 guitur: & cum cōiitiis colitur: uolubilisque, à plerisque ue-
 rō & cæca etiam existimata, uaga, inconstans, incerta, ua-
 ria, indignorūque fastrix, huic omnia expensa, huic om-
 nia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium sola u-
 tranque paginam facit: adeoque obnoxia sumus sortis, ut
 fors ipsa pro deo sit, quia Deus probatur incertus. Hæc fuit
 ab Academicis & Peripateticis tradita, & à Varrone bre-
 uiter, ut decuit, exposita naturæ descriptio.

Tertia deinde Philosophiæ pars, quæ e-
 rat in ratione, & in differendo, sic tractaba-
 tur ab utrisque: quanquam oriretur à sen-
 sibus, tamen non esse iudiciū ueritatis in sen-
 sibus. Mentem uolebant esse rerum iudicē,
 solam censebant idoneā cui crederetur, quia

lib. 2.
 cap. 7.

sola cerneret id quod semper esset simplex; & vnus modi, & tale quale esset. Hanc illi Ideam appellabant, iam à Platone ita nominatam: nos rectè Specie possimus dicere. Sensus autem omnes hebetes, & tardos esse arbitrabantur, nec percipere vllò modo res eas, quæ subiectæ sensibus viderentur, quæ essent aut ita parvæ, vt sub sensum cadere nō possent: aut ita mobiles, & concitata, vt nihil vnquam vnum esset cōstās, ne idem quidem, quia continenter laberentur, & fluerent omnia. Itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant. Scientiam autem nusquā esse censebant, nisi in animi motionibus, atque rationibus. Qua de causa definitiones rerum probabant, & has ad omnia, de quibus disceptabatur, adhibebāt. Verborum etiam explicatio probabatur, qua de causa quæque essent ita nominata: quam Etymologiam appellabant. Post argumentis, & quasi rerum notis ducibus vtebantur ad probandum, & concluden-

dum id, quod explanari volebāt, in qua tra debatur omnis dialectica disciplina, id est orationis ratione conclusa. Huic quasi ex altera parte oratoria, vis dicēdi adhibebatur explicatrix orationis perpetuæ, ad persuadendum accommodata. Hæc erat illis prima à Platone tradita, cuius quas acceperim disputationes, si vultis, exponam.

EXPOSITIS duabus primis philosophiæ partibus, dialectica tertia sequitur, in cuius præceptis multa (que tamen aliena videri, & ad physicos potius referri possunt) de scientia & opinione traduntur, propter apodicticos, & dialecticos sillogismos, quorum alteri ex perspicuis, & necessariis causis scientiam conclusionis efficiunt: alteri ex probabilibus argumentis, minimeque necessariis opinionem gignunt. Varro totam scientiam & opinionis distinctionem ex Platone pene trāstulit: apud quem socrates ita disputat, ut veritatis iudicium sensibus conuenire neget, mentem statuat rerum iudicem, que veram, & simplicem cuiusque rei speciem, formamque percipiat. Cuius distinctionis argumentum cum Theæteto communicans, accuratè persequitur, multisque uerbis ultrò citròque habitis, demum ad eam conclusionem peruenit socrates. An ueritatē eo percipere possumus, quo essentiam non percipimus? Theæt. Non. Socr. Cuius autem quis ueritate caret, huius scientiam ullam habet? Theæt. At quomodo id fieri possit? socr. in motionibus igitur sensuum sciētia non est, in ratiocinatione tamen, que circa illas uersatur, inesse uidetur, hac enim natus

ram rerum & ueritatem attingere possumus, illis non possumus. Theat. Constat. Socrat. An illud & hoc, idem uocas, cum tantum inter se discrepent? Theat. Non equidem decet. Socrat. Quod illi nomen tribuis, quod est exempli gratia uidere, audire, odorari, gustare, calere, frigere, num sentire? Theat. Hoc ipsum: quid enim aliud? Socrat. Hoc igitur totum sensum uocas? Theat. Necesse. Socrat. Huic ueritatis præceptioni cõuenire negauimus, cum essentialiam non percipiat. Theat. Ita est. Socrat. Neque igitur sensus sciẽtia particeps erit. Theat. Non. Socrat. Hinc efficitur ò Theatete scientiam & sensum nunquam in idem recidere. Theat. Profusus nunquam. Plato in Timeo eam uim mentis esse putat, ut sola simplices rerum species & ideas cernat, unde omnis uera scientia & sapientia defluxit. siquidem ait, mens & uera opinio duo genera sunt, omnino idea, & species quaedam per se sunt, quæ non percipiuntur sensibus, animo autem tantum, & intelligentia continentur. Similem uero quibusdam placet, uera opinio ab intelligentia mentis nihil differt, omnia quæ corpore ipso sentiuntur, certissima statueri oportebit. Vtrum hæc duo dicenda sunt, quod separatim fiunt, & dissimili ratione se habent, Alterum enim horum doctrina, alterum per ueritas comparatur: & illud quidem semper cum ratione uera, hoc autem sine ratione: illudque nulla ratione diuelli potest, hoc aliter potest persuaderi: cuius quidem quemuis participem esse dicimus, scientiæ autem deos esse compotes, homines per paucos quæ cum ita sint, cogimur fateri esse aliquam speciem, & ideam, quæ semper eadem sit, sine ortu, & interitu, quæ nihil aliunde in se accipere, nec ad aliud procedere, nec oculis aut alto sensu percipi possit. hæc autem idea ad solam uim mentis pertinet: sed secundum homonymum est, & illi simile, sensibile, genitum, semper inherens, fa-

ctum alio in loco, rursusque inde recedens, atque interituum: quod per sensus opinione comprehendere debet. sensus autem omnes hebetes, & tardos, & plerumque fallaces Academicum arbitrantur, tum mentis comparatione, quæ celerissime in rebus perspicendis agitur, tum suaapte natura, quod exiguam, uim ad percipiendum habeant: tum duplici culpa earum rerum quæ sub ipsos sensus cadunt, aut enim ita parue sunt, ut sensus effugiant, ut Atomi & picureorum, & multe res minutæ & exiles: aut ita mobiles & concitata, ut nihil sit constans, quod certo comprehendere possit. quod etiam ex angusto Platonis oraculo, sicut reliqua ferè omnia, depromptum est. Dicam (ait Socrates) rem in Thea non cõtemnendam, quod nihil in se ipso unum certum est, neque tecto. recte ipsum per se aliquid, aut quale sit, dicere potes. Etenim si quid magnum dicis, statim paruum etiam uidetur: & si quid graue, protinus etiam leue. cæteræque eiusdem generis sunt: ut nihil sit unum quod aut hoc, aut tale sit: sed omnia quæ dicimus esse falsa appellatione, in motu & alterna commutatione & uicissitudine uersantur: nihil enim unquam est, semper autem fit: quod quidè omnes ex ordine sapientes uno consensu præter Parmenidè confirmarunt Protagoras, Heraclitus, Empedocles, poete in utroque poemate excellentes in comædia, & picharmus in Tragædia, Æomeus, Nam cum Oceanum diceret deorum parentem, & matrem Thetyon, omnia ex fluxu motuque genita prædicant.

Itaque ueteres philosophi opinionem à scientia subiecti ratione separarunt, ut illa sit in sensibus, hæc in notionibus animi, quas ἐνοίας uocant: quæ admodum ex Theateto Platonis perspicere potest, & ad hos duos fines totam differendi rationem, quæ geminam uim inueniendi & disponendi habet, accommodauerunt: nam causæ effecta, subiecta, adiuncta, differantia, notationes, coniuncta, comparationes, defi-

nitiones, partitiones, inuentionis dialecticæ partes sunt, quibus omnia quæ possunt in hominum cogitationem cadere, comprehenduntur, & distinguuntur: & syllogismus, methodusque disponendi prudentiam tradunt, & regulam quandam uerè auream: qua non solum uera in omnibus rebus & falsa diiudicari, sed etiam facilius doceri percipi que possunt. Dialecticæ autem eloquentiam, quasi ex altere parte respondere monet Aristoteles, ut hoc uidelicet differant inter se, quòd hæc dicendi ratio latior sit, illa loquendi contractior: qua de causa Zeno Rhetoricam palma, Dialecticæ pugno similem esse dicebat: quod latius loquerentur Rhetores, Dialectici cõprehensius. Hæc fuit prima philosophia ratio à Platone tradita, & in tres partes distributa, unam de moribus, alteram de natura, & rebus occultis, tertiam de disserendo: quarum partium descriptionem Varro generaliter, & summatim complexus est.

Nos uerò volumus, inquam, ut pro Attico etiam respondeam. Et recte, inquit, respondes. Praclare enim explicatur Peripateticorum, & Academiae ueteris autoritas. Aristoteles primus species, quas paulò antè dixi, labefactauit: quas mirifice Plato erat amplexatus, ut in his quiddam diuinum esse diceret. Theophrastus autem, uir & oratione suauis, & ita moderatus, ut per se probitam quandam & ingenuitatem ferat, uehementius etiam fregit quodammodo auto-

ritatè ueteris disciplina. Spoliavit enim uirtutem suo decore, imbecillamque reddidit, quod negauit in ea sola positum esse beatè uere. Nam Strato eius auditor, quanquam fuit acri ingenio, tamen ab ea disciplina omnino semouendus est: qui quum maxime necessariam partem philosophiæ, quæ posita est in uirtute, & moribus, reliquisset, totumque se ad inuestigationem naturæ contulisset: in ea ipsa plurimum discedit à suis. Speusippus autem, & Zenocrates, qui primi Platonis rationem, autoritatèmq; susceperant, & post hos Polemo & Crates, unaque Crantor, in Academia congregati, diligenter ea quæ à superioribus acceperat, tuebantur. Iam Polemonem audiuerunt assidue Zeno & Arcesilas.

TRANSIT à uetere Platonis & Academicorū philosophia ad contrarias disputationes, primū Peripateticorū, deinde stoicorū. Ex Peripateticis, Aristoteles in dialecticis, Theophrastus in ethicis, Strato in physicis aliquid corrigere & emendare conatus est. Platonis uisum est ideas in deo, & in hominibus inesse: et in deo quidè æterna rerū exemplaria, quibus

propositis non solum mundū, partēque mundi construxit, sed omnia quæ sunt, fuerunt, futura ue sunt, perspicit: id est, Dei patris sapiētiā, quā Zeno philosophus antiquus λόγος appellabat. in homine uerò species rerū mente & animo cōprehensarum similiter ideas nominat: easque nobis diuinitus informatas, & ingeneratas esse arbitratur, quod animi nostri antequam delabantur in corpora, uigeant in omniū rerum cognitione: quam sententiā Aristoteles Platonis discipulus in metaphysicis, & Ethicis labefactare conatus est. Theophrastus elegantissimus omnium philosophorum, & eruditissimus, à diuinitate sermonis nomen inuenit, cū antea Tirtamus diceretur. dissensit autem ab antiquis in eo libro quem de beata uita scripsit: illi nanque beatam uitam esse uidebant ex maiori parte nominari: id est, ex uirtute, quæ per se beatum hominem efficeret, quauis tamen non beatissimum, nisi bona fortunæ & corporis adiungerentur. Hic uerò solam uirtutem ne ad beatam quidem uitam seipsa contentam esse uoluit, nedum ad beatissimam: nec omnes bonos esse beatos, præsertim si in aduersa fortuna fuerint. Itaque Theophrasti sententiā Ciceroni uideatur esse delicatior & mollior, quam uirtutis uis, grauitasque patitur. Strato Lampfacenus uir eloquentissimus Theophrasto successit Olympiade centesima uicesima tertia (ut Apollodorus ait) Physicis idē dicitur, quod perpauca, eaque magna ex parte noua de moribus scripsit, & ad inuestigationem contemplationēque rerum naturalium sese cōuertit, in quibus ita degenerauit à suis, ut ex se natus uideretur. qui autē in academia comorati sunt, ut Speusippus Platonis nepos, Xenocrates Calchedoni, Polemo Atheniēsis Xenocratis auditor, Crates Atheniēsis, & Crantor solensis Polemonis discipulus & socius, diligenter auctoritatem ueteris academice tuebantur, & ne sibi quidem fas esse di-

cebant uel transversum (ut aiunt) unguem ab antiquis Platonis institutis discedere.

Sed Zeno quum Arcefilā anteciret ætate: ualdeque subtiliter differeret, & peracutè moueretur: corrigere conatus est disciplinā. Eam quoque (si uidetur) correctionem explicabo, sicut solebat Antiochus. Mihi uerò, inquam, uidetur: quod uides idem significare Pomponium. Zeno igitur nullo modo is erat, qui ut Theophrastus, neruos uirtutis incidere: sed contrā, qui omnia, quæ ad beatam uitam pertinerent, in una uirtute poneret, nec quicquam aliud numeraret in bonis, idque appellaret honestū, quod esset simplex quoddam, & solum, & unū bonum. cetera autē etsi nec bona, nec mala essent, tamen alia secundum naturam dicebat, alia nature esse contraria. Iis ipsis alia interiecta & media numerabat. Quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda, & quadam æstimatione dignanda dicebat, contrāque contraria. Neutra autem,

in medijs relinquebar: in quibus ponebat nihil omnino esse momenti: sed quæ essent sumenda, ex ijs alia pluris esse aestimanda, alia minoris. Quæ pluris, ea præposita appellabatur: reiecta autem, quæ minoris. Atque ut hæc non tam rebus, quàm vocabulis commutauerat: sic inter rectè factū, atque peccatū, officiū: & contra officiū, media locabat quædam, rectè facta sola in bonis actionibus ponens: prave, id est, peccata, in malis. Officia autem, & seruata, prætermiſſaque, media putabat, ut dixi. Quumque superiores nõ omnem virtutem in ratione esse dicerent, sed quasdam virtutes natura, aut more perfectas: hic omnes in ratione ponebat. Quumque illi ea genera virtutum, quæ supra dixi seiungi posse arbitrarentur, hic nec id vlllo modo fieri posse differebat, nec virtutis vsus modo, ut superiores, sed ipsum habitum per se esse præclarum, nec tamen virtutē cuiquā adesse, quin ea semper vteretur. Quumque perturbationē animi illi

ex homine non tollerent, naturæque & condescere, & concupiscere, & extimescere, & efferri letitia dicerent, sed ea contraherent, in angustumque deducerent: hic, omnibus his quasi morbis voluit carere sapientem. Quumque eas perturbationes antiqui naturales esse dicerent, & rationis expertes, aliæque in parte animi cupiditatem, alia rationem collocarēt, ne ijs quidem assentiebatur. Nam & perturbationes voluntarias esse putabat, opinionisque iudicio suscipi: & omnium perturbationum arbitrabatur matrem esse, immoderatam quandam intemperatiam. Hæc ferè de moribus.

VE TVS Academia primum à tribus Peripateticis oppugnata est, quemadmodum paulò antè diximus: deinde à Stoicis, quorum princeps Zeno Citieus ex Cypro insula, Cratis auditor, vir (ut ait Laertius) ad inquirendum solers & subtilis, & industrius. In omni parte philosophiæ plurima mutauit uerborum nouitate & magnificentia delectatus. Ac primum in philosophia morali uariam ac multiplicē correctionem adhibuit, quæ quo facilius percipiatur, tres in partes distribuenda est nobis. Primum enim caput erit de beata uita & partitione bonorum: secundum de uirtutū diuisione & earum natura: Tertium de perturbationibus. Ze no beatam uitam non in tribus generibus bonorum (ut supe

riores illi) sed in una uirtute posuit: eandemque beatam & beatissimam sola uirtute fieri indicauit, ut qui eam haberet, omnnes felicitatis & beatitudinis numeros esset adeptus, quam sententiam atheneus hoc epigrammate commendat,

Ως ωϊκῶν μύθων εἰδήμονες, ὦ πειρίσσεια

Δόγματα τοῖς ἱεραῖς διδασκαλοῖς σελοῦ.

Τὰρ ἀρετῶν, ἡλικῶς ἀγαθῶν μόνου, ἅς εἰς ἅνδρα
μοι να καὶ βολοῦν ἕσασθαι, καὶ πόλιος.

Σαρκῶς ἢ δὴ τοῦ πῶθιμα φίλων τέλους, ἀνδρῶς ἠἰσῶντος,

Ἡ μίλα τῆς μνήμης ὡς εἰς θυροτέρων. id est,

O stoica gnari sectæ, quam insignia uestra
Dognata, que sacris scribitur in tabulis.

Esse bonum unam animi uirtutem, sola tuctur
quod ualidas urbes, quodque ea sola homines.

Ast aliis uita scopus esset spurca uoluptas,
vna egit pulchrè filia Mnemosynes.

Cum igitur à Zenone constitutum esset, id solum esse bonum, quod honestum est, id que solū malum, quod turpe: tum reliqua que neque in bonis sunt, neque in malis, nouis nominibus, & communiter quidem, ἀλλοφωρα, id est: indifferencia nominabat: quod eiusmodi sint, ut his bene, & male uti liceat, queque indifferenter prodesse, & obesse hominibus possint: & quantum nullam uim habeat ad miserè & beatè uiuendum, sunt tamen eiusmodi, ut partim διχρησῖματα: id est, commoda ab eodem Zenone dicantur: non expectanda quidem (ut ille ait) sed tamen eligenda, & sumenda, & aliqua estimatione dignanda: cum sint secundum naturam: ut sanitas, pulchritudo, robur, opes, gloria, nobilitas: partim διυσχησῖματα: id est, incommoda, & inestimabilia, que sunt cōtra naturam: ut morbus, paupertas, ignobilitas, deformitas corporis, infamia: partim μέσσα, id est, media comparatione boni, & mali: sunt enim inter uirtu-

tem, & uitium interiecta. commoda autem que sunt secundum naturam, gradibus estimationis distinguuntur: alia enim plura, alia minoris estimatione sunt: plura: ut ualere malis, quam diues esse: robustus, quam agilis. Minoris cōtra, ut diuitia minoris estimantur, quam bona ualetudo. Illa dicuntur à Grecis Περὶ μὲνα, que Latine uel preposita, uel promotæ, uel precipua, uel producta cicero conuertit. Hæc ἀποπερὶ μὲνα, id est reiecta, uel reiectantia, tametsi hoc uocabulum proprie pertinet ad incommoda, que sunt contra naturam: & Cato apud Ciceronem lib. 3. de finib. in hac significatione usurpauit. De incommodis autem que sunt contra naturam, similis diuisio ex comparatione fieri potest, ut eorum quedam sint grauiora: ut morbus, paupertas: quedam leuiora, ut ignobilitas, & leuis aliqua iactura. In neutris officium medium quod Greci καὶ ὄχιον uocant, & contra officium ponitur, diciturque officium, quod ita factum est, ut eius facti probabilis ratio reddi possit: quod Cato lib. 3. de finibus hac conclusione rationis declarat: Quoniam uidemus esse quiddam, quod rectè factum appellemus, id autem est perfectum officium, erit etiam inchoatum: ut si iuste depositum reddere, in rectum factis sit, in officium ponatur depositum reddere: illo enim addito iuste, facit rectè factum: per se autè hoc ipsum reddere, in officio ponitur. Zenon igitur hic inter καὶ ὄχιον μοια: id est, rectè factū, & inter ἀμῶς τιμοια: id est, præiè factum sine peccatum, medium quoddam posuit, quod per se nec bonum nec malum esset, sed adiectis certis circumstantiis, nunc in bonis, nunc in malis numeretur: ut patri obtemperare, medium officium est: & patrem necare, contra officium: que si nuda ponantur, nec in bonis sunt, nec in malis: adiectis autem circumstantiis, in alterutrius rei naturam transeunt. Atque hæc de beata uita, & generibus bonorum. Secunda zenonis emenda-

Cap. 1. tio ad diuisionem uirtutum adhibetur: cum enim aristoteles uirtutes ita partiatur, ut alie sint morales & uoluntarie, quarum munus sit naturales impetus & motus animi iudicio, & uoluntate moderari: unde Fortitudo, liberalitas, magnificentia, magnitudo animi, modestia, mansuetudo, ueritas, comitas, affabilitas, iustitia existit: alie sint in ratione rerum posite, ut intelligentia, sciētia, sapientia, ars, prudentia, & eno omnem uirtutem in ratione, & cognitione posuit: uirumque bonum appellauit sapientem, quod hæc esset una sapientia non tantum uirtutem nosse, sed etiam uita factisque prestare. uirtutes uero si quando se iungi posse ueteres philosophi dixerunt (id enim ipsum nec in Platonis dialogis, nec in Aristotelicis ethicis inuenio) non ex suo, sed ex populari sensu eos locutos esse arbitror. Atque ita Cicero in officiis loquitur: Ne quis sit admiratus, cur cum inter omnes philosophos constet, à meque ipso sæpe disputatum sit, qui unam haberent, omnes habere uirtutes: nunc ita se iungam, quasi possit quisquam qui non idem prudens sit, iustus esse: alia est illa, cum ueritas ipsa limitatur in disputatione subtilitas, alia ad opinionem communem omnis accomodat ur oratio. Quamobrem, ut uulgus, ita nos hoc loco loquimur, ut alios fortes, alios uiros bonos, alios prudentes esse dicamus: popularibus enim uerbis est agendum, & usitatis, cum loquimur de opinione populari. z enoni autem sicut reliquis omnibus pene philosophis, ita sunt copulata, cōnexæque uirtutes, ut omnes omnium participes sint, nec alia ab alia possit separari. Scis (ait Cicero z enonis emulus) si quid de Corinthiis tuis amiseris, posse te habere reliqua suppellectilē saluā, uirtutem autem unam si amiseris, & si non potest amitti uirtus: sed si confessus fueris te non habere, nullam te habiturum: quod autem ad uim uirtutis attinet, aristoteles libro primo de moribus, beatam uitam in uirtute esse negat, quod

Lib. 2.

Tusc. 2.

fieri possit, ut qui uirtute sit pradius, dormiat, & nihil agat in uita. Idemque libro decimo, Beatam uitam, inquit, habitum esse negauimus: quod dormienti per omne tempus atatis ad esse possit, etiamsi plantarum uitam degat: quo loco aristoteles à stoicis uehemēter uexatur, ab iisque dormire & somnare dicitur: uirtus enim ociosa esse non potest, sed quemadmodum ignis in subiecta sibi materia, quandiu eam nactus est, flammam excitat: sic uirtus ipsa, uirum bonum, in quo inest, ad honestas & laudabiles actiones semper inflamat. Tertia dissensio z enonis ab antiquis philosophis in perturbationum quaestione uersatur, sed omnis eorum cōtrouersia, ex definitionis cōtentione nata est, quod quid sit perturbatio, inter eos non conuenit. Peripatetici in perturbationibus, quas Græco nomine πάλιν nominant, naturalem uolebant esse modum (ut ait Cicero) atque etiā utiliter animis nostris à natura datas: metum cauendi causa, cullio misericordiam, ægritudinēque, clemētia, atque ipsam iracundiam fortitudinis quasi cotem esse dicebant, ut uirtus ea nullam propemodum uim habituram sit: nisi quibusdam stimulis iracundia, ad res magnas, & laboriosas animus hominis excitetur. Naturaliter autem hominibus quadruplices insitas esse per motiones: duas ex opinatis malis, metum futuris, ægritudinem presentibus, totidēque ex opinatis bonis libidinem, & letitiam, ut sit letitia, presentium bonorum, libido futurorum: quæquidē genera ad certam mediocritatem reuocari posse disputabant. Nam timere (ut aristoteles ait) & confidere, & concupiscere, & irasci, Cap. 6. lib. 2. de mor. misereri, & animo gaudere, & dolere possumus, nimum, & parum: quorum neutrum recte sit: at uerò quando, quibus de causis, quibusque rebus licet, & quomodo a quomodo est facere hæc omnia, præclarū & optimum & cum uirtute iunctum est. z eno superiorem diuisionem perturbatio-

num concedit veripateticis: definitionis autem controversia torquetur. Perturbationem nullam moderatam contendit esse, quin potius omnem auersam à recta ratione, & contra naturam animi uehementem impetum definit. modum tu adhibes uitio (ait) an uitium nullum est non parere rationi? an ratio parum præcipit nec bonum illud esse, quod aut cupias ardentius, aut adeptus te efferas insolenter, nec porro malum, quo aut oppressus iaceas, aut ne opprimare mente uix consites? eaque omnia aut nimis tristitia, aut nimis lata errore fieri? qui igitur modum uitio querit, similiter facit, ut si posse putet cum, qui se è leucade præcipitarit, sustinere se cum uelit: ut enim id non potest, sic animus perturbatus, & incitatus nec cohære se potest, nec quo loco uult, insistere. Quam obrem nihil interest utrum moderatas perturbationes approbent, an moderatam iniustitiam, moderatam ignauiam, moderatam intemperantiam: qui enim uitium modum apponit, is partem suscipit uitiorum. Sed hæc altercatio zeronis nominis magis est quam rei. Veripatetici enim quemuis appetitum & motum nomine perturbationis uolunt intelligi, siue rationi obtemperet, siue repugnet: stoici uero duntaxat turbulentos affectus, & rationi inimicos perturbationes uocant. Cùmque superiores illi, ut Plato & Aristoteles duas in partes animum diuideret, unam participem rationis, que quid faciendum, fugiendumue sit, præscribit. Alteram rationis expertem, in qua sunt naturales appetitus, quos ante diximus: zeno nullam perturbationem uoluit esse naturalem, sed uoluntariam & iudicio susceptam. In quo (sicut antea) captionis tantum nomine dissentit: neque enim veripatetici ita naturales esse dicunt, ut à uoluntate non proficiantur. Triplicem igitur in moribus correctionem à zenone factam uideamus, unam de beata uita, & generibus bonorum: alteram de diuisione & natura uirtutum, tertiam de perturba-

tionibus: in quibus tamen non magna causa fuisse uidentur, quamobrem à superiore auctoritate discederet, præsertim cum ab illis non tam rerum, quam uerborum nouitate dissetiat.

De naturis autem sic sentiebat, Primum, ut in quatuor initijs rerum illis quintam hæc naturam, ex qua superiores sensus, & mentem effici rebantur, non adhiberet: stantebat enim ignem esse ipsam naturam, que quidque gigneret, & mentem atque sensus. discrepabat etiã ab ipsdem, quod nullo modo arbitrabatur quicquã effici posse, ab ea, que expers esset corporis. Cuius generis Xenocrates, & superiores etiam animũ esse dixerunt: nec uero aut quod efficeret aliquid, aut quod efficeretur, posse esse non corpus.

Quid Zeno in explicatione morũ ab Academicis tradita non probarit, satis constat. sequuntur eiusdem reprehensiones duæ de rebus physicis. Prima de partitione elementorum, secunda de deo causa principe rerum omnium: cum enim Aristoteles elementa siue simplices naturas in quinque genera distinxisset, ignem, aerem, aquam, terram, & caelum, Zeno caelum quidem non sustulit, sed statuit esse ignem: & eam naturam ita definit, ut dicat ignem esse artificiosum ad gignendum progredientem uia: censet enim artis maxime propriũ esse creare, & gignere: quodque in operibus artificum nostrarũ manus efficiat, id multo artificiosius natura. deo.

ram efficere, id est, ut dixi, ignem artificiosum magistrū artium reliquarum. Discrepabat etiam a superioribus, quod illi principem rerum omnium causam simplicem & corporis expertem ponant: hic autem mundum deum appellat, eumque animatum, & ratione præditum definit: quemadmodum indicat disputatio Ciceronis de natura deorum, Zenonis rationatio ad hunc modum concluditur.

Nihil quod aliquid efficit, est expertus corporis.

Deus autem quidque efficit:

Non est igitur deus expertus corporis,

Plurima autem in illa tertia philosophia parte mutavit. In qua primum de sensibus ipsis quaedam dixit nova: quos iunctos esse censuit è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus: quã ille $\Phi\alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma\lambda\omicron\upsilon\varsigma$, nos *Visum* appellemus licet, & teneamus hoc verbum quidem: erit enim utendū in reliquo sermone sepius. Sed ad hæc, quæ visa sunt, & quasi accepta sensibus, assensione adiungit animorum, quã esse vult in nobis positam, & voluntariã. *Visis* nõ omnibus adiungebat fidem, sed his solũ, quæ propriã quandã haberent declarationem earum rerum, quæ viderentur. Id autem visum, quum ipsum cerneretur, comprehensibile. Ferretis hæc? Nos verò, inquã, Quomã enim

modo κατ'ἀληθειαν diceretis? sed quum acceptum iam, & approbatum esset, comprehensionem appellabat, similẽ ijs rebus quæ manu prenderentur, ex quo etiam nomen hoc duxerat. At quum eo verbo antè nemo tali in re usus esset, plurimisque idem novis verbis (nova enim dicebat) usus est. Quod autem erat sensu cõprehensum, id ipsum sensum appellabat. & si ita erat cõprehensum, ut cõvelli ratione nõ posset, scientiã: si aliter, inscientiã nominabat, ex qua existeret etiã opinio, quæ esset imbecilla, & cum falso incognitoque communis. Sed inter scientiam & inscientiam, comprehensionem illam, quam dixi, collocabat, eãque neque in rectis, neque in pravis numerabat, sed soli credendum esse dicebat. Equo sensibus etiam fidem tribuebat, quod (ut supra dixi) comprehensio facta sensibus, & vera esse illi, & fidelis videbatur. non quod omnia, quæ essent in re comprehenderet: sed quia nihil quod cadere in eam posset, relinqueret, quodque natura, quasi normam

scientiæ & principium sui dedisset, vnde postea notiones rerum in animis imprime-
rentur, è quibus non principia solum, sed la-
tiores quadam ad rationem inueniendam
viæ reperiuntur. Errorem autem, & teme-
ritatem, & ignorantiam, & opinionem,
& suspicionem, & vno nomine omnia quæ
essent aliena firmæ & constantis assensio-
nis, à virtute, sapientiæque remouebat. At-
que in ijs ferè commutatio consistit omnis,
dissensioque Zenonis à superioribus.

DE DVABVS dialecticæ artis partibus, z eno prio-
rem inuentionem reliquit: in altera autem parte, quæ tradit
iudicadi leges, cū se diligentius exerceret, multa de sensibus,
& scientiâ, uocabulis magis, quàm rebus inuouauit: quam
explicatione ad syllogismos apodicticos, & dialecticos (si-
cut illi ueteres) pertinere existimauit. sensus autem iustos
dicit, quod omnium rerū, quæ sensibus percipiuntur, aliquod
sit cōmune, uelut domicilium, non in hominibus solum, sed
etiam in bestijs: in quo species cōprehensa manent, & recon-
duntur, & imprimuntur. quæ impressio, Φαῖσος τοξ dicitur
per Antonomastiam, quod accrimus, & præstantissimus o-
mnium sensuum sit usus qui maxime notas, & illustres re-
rum imagines in sensu cōmuni impressas relinquit. Usum
autē z eno definuit, impressum, effectūque ex eo unde ef-
fer, quale esse non posset, ex eo unde non esset: cuiusmodi ima-

Cic. in
Lucullo.

gines in speculis cernuntur. Fabius lib. 8. uisionem interpre-
tatur, quas Φαῖσος τοξ (inquit) Græci uocant, nos sanè ui-
siones appellemus, per quas imagines rerū, non præsentium,
ita representantur animo, ut eas cernere oculis, ac præsen-
tes habere uideamur. uisorum duo sunt genera: unū falso-
rū, quibus minime fides adiungitur: qualia sunt phantasma-
ta pleraque somniorū, cū dormientibus nobis, falsæ rerum
species obiciuntur: de quibus τ ἰβουλus,
omnia fallaci ludunt temeraria nocte,

Et pauidas mentes, falsa timere iubent.

qualia sunt etiam furiosorum, uel ebriorum cogitata: quæ
plerumque falsis imaginibus eluduntur. Vnde illud Alc-
meonis,
sed mihi cor ne uiquam consentit cū oculorum aspectu. Al-
terum genus est uerorū uisorum, quæ merentur assensionem,
& approbationem, sicut quæ καὶ τὸ λησιόξ: id est, com-
prehensibilia: quorū cognitio, adiuncta assensione, καὶ ἄλη-
τη γιγνιτ: id est, comprehensione, & assensione, præsentiumque
notio ita mente cōprehensa, ut conuelli ratione non possit:
quæ omnia z eno gestu, & manibus exprimebat: Nam cum
extensam aduersam manum ostenderat, usum (inquebat)
huiusmodi est: deinde cum paulum digitos extrinxerat, as-
sensus huiusmodi: tum cum plane compresserat, pugnumque
fecerat, comprehensionem illam esse dicebat, quæ ex simili-
tudine etiam nomen ei rei, quod ante non fuerat, καὶ ἄλη-
τη ἔπι imposedit: cum autem leuam manū ad mouerat, & illū
pugnum arête, uehementér que compresserat, scientiam talē
esse dicebat. Primi igitur cōceptus, qui à sensibus imprimun-
tur sensa, & sensus dici solent: nec ita raro homines loquuntur
sunt (ut ait e abius) ut sensa sua dicent: nam sensus corpo-
ris uidebantur. Sed confecturudo iam tenuit, ut mente conce-
pta, sensus uocaremus, ab illis autem sensis uenit καὶ ἄλη-

lib. 8.
cap. 5.

igitur, & scientia, & inscientia: quæ sic à stoicis distinguntur, ut prima sit in rebus mediis, secunda in bonis, tertia in malis: καὶ ἄλλῃ ἴδιον enim esse dicunt, ex obiectis primis uisus, inchoatam perceptionem, quæ per se, nec scientia, nec inscientia sit: sed aliquo addito, ἁρῦ ἄλλῃ fiat: ut si καὶ ἄλλῃ ἴδιον sit, animal sensibus oblatum cōprehendere: scientia erit certa, & indubitata ueritate comprehendere, itēque inscientia, inconstanti, & imbecilla ratione percipere: itaque καὶ ἄλλῃ ἴδιον prima informatio rerum, à sensibus facta dicitur: quæ si constantia rationis, & ueritate confirmata fuerit, scientiā: si minus, inscientiam efficit: scientiam enim, cōprehensionem certam, & æternam esse Stoici censent: quæ ex rebus penitus perceptis, & nunquam fallētibus, & ad aliquem exitum spectantibus constat: inscientiam leuem, & infirmā, & cum falso, incognitōque sæpe communem. Cūque duæ res (ut ante dictū est) καὶ ἄλλῃ ἴδιον efficiāt, sensus, & primus assensus, z eno sensibus etiam fidē tribuebat: à quibus illa καὶ ἄλλῃ ἴδιον fieret, duabus de causis: una, quod in sensibus ueritas insit, si sani sint, & incolumes, & omnia remoueantur, quæ obstant, & impediunt: tum enim quicquid sensibus oblatum fuerit, fideliter percipietur: altera, quod à sensibus omnes artes, & discipline natæ sunt: natura enim (ut Lucullus apud Ciceronem disputat) summo artificio sensus fabricata est: in quibus ea est uis, ut prima nos uisa pellant, deinde appetitio sequatur: tum sensus, ad res percipiendas intēdamus. mens enim ipsa, quæ sensuum fons est, atque etiam ipsa, sensus est, naturalem uim habet, quam intendit ad ea, quibus mouetur: itaque alia uisa sic arripit, ut his statim utatur, aliqua sic recondit, è quibus memoria oritur. Cætera autem similitudinibus constant, ex quibus efficiuntur notitiæ rerum, quas Græci tum ἐννοεῖς, tum πρῶτον ἄλλῃ ἴδιον uocant: eum accessit ratio, argumentique con-

cluso, rerūque innumerabilium multitudo: tum & perceptio eorum omnium apparet, & eadem ratio perfecta his gradibus ad sapientiam peruenit: unde constat principium scientiæ esse in sensibus: è quibus non principia solum, id est prima, & singulares rerum notiones: sed latiores quedam uis, id est generales notitiæ ad inueniendā doctrinā reperiuntur. Atque hæc de scientia, quæ sapientis propria, & germana est. inscientiæ species quedam deinceps commemorantur, ut error lapsus animi, quo res incognita pro cognita habetur: unde illud Ciceronis, Errauit, lapsus est, temere se Pro Lig. cit, non putauit: si unquam posthac. Temeritas est præceptis, & inconsideratus assensus, ut nunquam temeritas, cum sapientia permiscetur: ignorantia uitium est ingenii: cum quis non satis quid agat, aut dicat intelligit: opinatio, siue opinio, imbecilla assensio definitur, cui Cicero omnes perturbationes Tus. 4: subiectas esse arbitratur: suspicio est, cum aliquo metu dubia cogitatio. Hæc, & similia, quæ sunt aliena firmæ, & cōstantis assensionis uno inscientiæ nomine cōprehēduntur: quæ z eno à uirtute, sapientiæque remouebat: atque ita disputabat, sapientē nihil opinari, nulli rei temere assentiri, nihil ignorare, nunquam errare, nunquam sententiā mutare, nihilque esse ab ea cogitatione, quæ de grauitate sapientis fingitur, errore, leuitate, temeritate, disijunctis.

Hactenus Varro triperitum ueteris Academia philosophiæ, moralem, physicam, dialecticā breuiter exposuit: correctionē etiam eius discipline duplicē docuit. primam ab Aristotele, & Theophrasto, Stratone, per epipræticis institutam: secundam à Zenone stoicorum principe, per omnes philosophiæ gradus repetitam, & copiosius amplificatam.

Quæ quū dixisset: Breuiter sanè, minimeque obscure exposita est, in quā, à te Varro, & ueteris Academia ratio, & Stoicorū: uerū

esse autem arbitror, vt Antiocho nostro fami-
liari placebat, correctionē veteris Academiae
potius, quā aliquā nouam disciplinā pu-
tandā. Tunc Varro, Tuae sunt nūc partes, in-
quit, qui ab antiquorū ratione nūc desciscis,
& ea, quae ab Arcefila nouata sunt, probas,
docere, quod, & qua de causa dissidium fa-
ctū sit: vt videamus satisne ista sit iusta dese-
ctio. Tum ego, Cū Zenone, inquā, vt accepi-
mus, Arcefilas sibi omne certamē instituit, nō
pertinacia, aut studio vincēdi: (vt mihi qui-
dem videtur) sed earum rerum obscuritate,
quae ad confessionē ignorantiae adduxerāt
Socratem, & veluti amantes Socratem,
Democritum, Anaxagorā, Empedoclem,
omnes penē veteres: qui nihil cognosci, nihil
percipi, nihil sciri posse dixerūt, angustos sen-
sus, imbecillos animos, breuia curricula vitae,
& (vt Democritus) in profundo veritatē
esse demersam, opinionibus & institutis o-
mnia teneri, nihil veritati relinquē: deinceps
omnia tenebris circumfusa esse dixerūt. Ita-
que Arcefilas negabat esse quicquā quod sci

ri possēt, ne illud quidē ipsum, quod Socrates
sibi reliquisset. Sic omnia latere censebat in
occulto, neque esse quicquam, quod cerni, aut
intelligi possit. Quibus de causis nihil oport-
ere, neque profiteri, neque affirmare quen-
quā, neque assertionē approbare, cohiberē-
que semper, & ab omni lapsu cōtinere teme-
ritatē: quae tum esset insignis, quā aut falsa,
aut incognita res approbaretur: neque hoc
quicquam esse turpius, quā cognitioni &
perceptioni, assertionem, approbationēque
praecurrere. Huic rationi quod erat consenti-
entē faciebat, vt contra omnium sententias
dies iam plerōsque deduceret, vt quū in ea-
dem re paria cōtrarijs in partibus momenta
rationū inuenirētur, facilius ab vtraque par-
te assertio sustineretur. Hanc Academiam
nouā appellabāt, quae mihi vetus videtur: si-
quidē Platonem ex illa vetere numeramus,
cuius in libris nihil affirmatur, & in vtran-
que partem multa differuntur, de omnibus
quaritur, nihil certi dicitur. Sed tamen illa,

quæ exposui vetus, hæc noua nominetur: quæ
vsque ad Carneadè perducta, qui quartus
ab Arcefila fuit, in eadem Arcefilæ ratione
permansit. Carneades autè nullius philoso-
phie partis ignarus, & vt cognoui ex ijs,
qui illum audierant, maximè que ex Epicu-
reo Zenone: qui quum ab eo plurimum dis-
sentiret, vnum tamen præter ceteros mira-
batur, incredibili quadam fuit facultate.

VARRO partes Antiochianas habuit, & quæ erant ab
Antiocho de uetere Academia collecta, docuit: deinceps Ci-
ceroni Philonis partes dat: scripserat enim Philo (ut antè
dixi) duos libros pro nouis Academicis: quibus docebat, quo
modo, & qua de causa, ab antiquis desceuerint: ex quibus
libris cicero capita huius disputationis descripsisse potuit,
quæ statim ab initio abrumptur post primâ Academiæ nouæ
informationè: in Lucullo autè, adhuc integra Ciceronis ora-
tio superest, in qua nouâ Academiâ singulari patrocinio tue-
tur, & ad ea, quæ contra illâ à Lucullo dicta erant, ipse re-
spondet: vnde huius libri (sicut reliquorum trium) iacturâ
sarcire aliqua ex parte possumus. Arcefilas Britaneus ex
Æeolide, cui ingenii acumine, tum admirabili quodam lepo-
re dicendi floruit, primusque (auctore Læyrtio) Academiâ
nouam induxit, uel potius antiquam socratis consuetudinè
nihil temere affirmandi, aut decernendi reuocauit, & cum
Cicero in Zenone non obtrectandi causa pugnauisse, sed uerum inue-
Lucullo. nire uoluisse sic intelligitur. Nemo (inquam) superiorum non
modo expresserat, sed ne dixerat quidem posse hominem
nihil opinari: nec solum posse, sed ita necesse esse sapienti;

uisa est Arcefila cum uera sententia tum honesta, & di-
gna sapiente. Quæsiuit de Zenone fortasse, quid futurum
esset, si nec percipere posset quicquam sapiens, nec opina-
ri sapientis esset. Ille (credo) nihil opinaturum, quoniam
esset, quod percipi posset: quid ergo id esset? uisum credo.
Quale uisum? tum illum ita definiuisse, ex eo, quod esset, si-
cut esset impressum, & signatum, & effectum. Post re qui-
situm, etiam nesci eiusmodi esset uisum uerum, quale fal-
sum? Hic Zenonem uidisse acutè, nullum esse uisum, quod
percipi posset, si id tale esset ab eo quod est, ut eiusmodi ab
eo quod non est, posset esse. Rectè consensit Arcefilas ad de-
finitionem additum, neque enim falsum percipi posse, neque
uerum, si esset tale quale, uel falsum. Incubuit autem in hæc
disputationes, ut doceret nullum tale esse uisum à uero, ut
non eiusmodi etiam à falso possit. Hæc autem est una con-
sentio, quæ adhuc permanserit. Arcefilas igitur Zenoni, &
alijs philosophis, qui aliquidi sciri posse dicebant, sese oppo-
suit, non pertinacia. nam pertinaciter in philosophia dispu-
tare ineptum, aut studio uincendi (deceret enim philosophum
ueritatis magis cupidum esse quam gloria) sed obscuritate
earum rerum, quæ ad confessionem ignorantiam adduxe-
rant ueteres, in quorû autoritate delituit: ex Socratis enim
sermonibus, qui à Platone perscripti sunt, dubitari non po-
test, quin ei uisum sit, nihil posse percipi. Empedocles autem
(ait Cicero) cum aliquo loco hæret, exclamat, ut furere ui-
deatur, Abstrusa esse omnia, nihil nos sentire, nihil nos cer-
nere, nihil nos quale sit, posse reperire. Democritus naturâ
accusabat, quæ in profundo ueritatem abstruserit: neque
tamen à studio inquirendi deteruitus est, sed cupiditate sci-
entia terras ultimas peragravit, & seipsum excæcauit, quod
aciem animi impediri oculorum aspectu arbitrabatur: simi-
liter Anaxagoras, Empedocles, omnes pene ueteres ignoran-
tie suæ conscii nihil percipi posse profitebantur: triaque

maxima impedimenta percipiendae scientiae iudicabāt, angustos sensus, qui exiguis foraminibus ad animum permeāt: imbecillos animos, quorum vis & acies in corpore retūdatur: breuitatē uitae, nam si natura diuturniorē uitā hominibus largiretur, futurū aliquando esset, ut ad sapientiā peruenirent. His de causis quicquā scrii: id est, certa & indubitata, & nunquam veritate fallente comprehendi negabāt: quod quidē in antiqua philosophia uerissime dictū fuit, in qua cōtentionū uarietas, & altercationū multitudo declarat philosophorū libris non scientiā cuiusquā doctrinam tradi, sed opinionum duntaxat artes uarias & multiplices describi: prudentēque Arcefilam cum philosophiā commentitiarum opinionū ueritate uideret, nec in ea quicquā certa ueritate patefactū, se ipsum ab arroganti, & stulta scientiā affirmatione cohibuisse, idque etiā unum sibi ipsi detraxisse, quod Socrates sibi reliquisset. exceperat enim Socrates unū tantum se scire, se nihil scire, nihil amplius. Arcefilas autē nō is fuit qui aut scientiam contēneret, aut assensum omnem de medio tolleret, sed qui nulli rei temerē assentiri, nihilque se scire profiteri, maximam uim sapientis esse iudicaret: ita esse finitima falsaueris, ut in praecipuum locū non debeat se sapiens committere, ne praecipitet, si temerē processerit. Inter hūc autem & alios philosophos qui certas scientiā scholas instituerāt, hoc maxime interfuit, quod hi non dubitabant, quin uerissima & certissima essent, quae ipsi docerent, ac profiterētur: Arcefilas cū nihil in philosophia atque omnino in uita humana certū uideret, quae magis probabilia in quaque re uiderentur exquirenda esse, & sequenda cōmonebat: quae quam uis certa ueritate non perciperentur, tamen quia notam aliquam haberent illustrem, his sapiētis uita reueretur. Hinc instituto quod erat consentaneū, faciebat, ut ueri reperiendi causa contra omnes philosophos, & pro omnibus disputaret. Instituit enim ut hi qui se audire uellent, non de se que-

rerent, sed ipsi dicerent, quid sentirent, quod cū dixissent, ille Cicero lib. le contra: sed qui audiebant, defendebat quoad poterit sua 2. de fin. sententiam, apud ceteros autem philosophos, qui quasi ueritatem aliquid, tacet. Quod philosophandi discernendique genus modestissimum & sapiente dignissimum est, ut ab inquisitione & iudicio ueritatis temeritas absit. quid enim temeritate Lib. 1. de te turpius: aut quid tam temerarium, tamque indignum grauitate nat. deorat. te sapientiam, quam aut falsum sentire, aut quod non satis explorate perceptum sit, sine ulla dubitatione defendere? Hactenus ex adiunctis & effectis philosophorum Academiae nouae circumscriptio quaedam facta est: de nomine ipso questio oritur, uetus ne an noua sit appellanda. Hae enim ratio philosophandi à Platone principe Academicorum profecta est, qui in suis libris, sub persona Socratis nihil affirmat, & in utranque partem multa disserit, de omnibus penē rebus dubitat, nihil certi dicit, quod probabile esse sequitur, sed tamen docendi gratia, illam Platonice ueterem, hanc uero Arcefileam, quae ad Carneadem usque producta est, nouam licet appellemus: Carneades quartus fuit ab Arcefile, audi- Cicero in uit enim egestimus, qui Euandrum audierat, & Lacydis di- Lucullo. Scipulum, cum Arcefile Lacydes fuisse, atque in eadem ratione discernendi permansit: seque ex animis nostris assensiones extraxisse gloriatus est: uerum stoicorum & Chrysippi libris perlectis, minus uehementer eis reluctari cepit, & in assensionis retentione (quam uocant ἐπιτοχήν) minus constitit sibi, quam ipse Arcefilas, ut ex Lactio & Lucullo perspicui potest: quantum autē ingenio & eloquentia ualuerit, testis fuit Zeno eius auditor, sed tamē Epicureus & uoluptatis patronus, cuius sententia Cicero in Tusculanis exposuit: Testis Antonius apud Ciceronē, cum ait, Carneadis Lib. 2. de us illa incredibilis dicendi & uarietas per quam esset optanda nobis, qui nullam unquam in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probaret, nulla oppugnauit, quam non euerterit.

Hic abrumpitur, Cardinalis amplissime, Academicæ quæstionis explicatio, & de quatuor Academicis libris hoc duntaxat fragmentum restat: totus autem operis pars multo maxima communibus incommo-
dis temporum nobis crepta est. nihil enim est in rebus humanis tam firmum, quod non violare soleat longæ & diuturnæ vetustatis iniuria: sed cum viderem quantum dampnum artes ingenue, & imprimis philosophia horum librorum interitu accepisset, idem argumentum ex variis Ciceronis locis collectum philosophiæ studiofis superiore libello explicandum esse duxi, ut amatores Academicæ: id est, veræ sapientiæ sententiam Ciceronis de optimo philosophandi genere ex eiusdem autoris testimoniis confirmatam facilius perspicerent: quibus tamen legendis non tam philosophorum veterum scholas (ut opinor) admirabere, quam singularis tuæ sapientiæ, quæ maximis in rebus summa cernitur, exempla tecum recognoscere præsertim cum recordaberis te in ea principis aula summa cum autoritate versari, in qua Socraticam, & Academicam prudentiam non tam præceptis, quam consiliis & factis exerceas.

ERRATA SIC CORRIGENDA,

In academia, Fol. 27. linea 7. lege quicquam Fol. 44.
linea 10. lege at ne me Fol. 47. linea 10. lege hunc.
In fragmento Academico, Fol. 8. linea 14. Lege ἀδελφῶν
Fol. 8. linea 22. ἡ ἀλλοτρίων Fol. 32. linea 28. permaneret, eius omnis oratio tum, &c. Fol. 35. linea 21.
lege varietate Fol. 35. linea 30. pro nimis lege minus.
Fol. 37. linea 2. interpretatur Fol. 38. linea 8. qui pro
que Fol. 43. linea 6. politicum Fol. 59. linea 2.
æquore Fol. 69. linea 19. industrius in omni, &c.







